This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

**Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

**About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

LIBRARIES
3 3433 07596994 3

# DISSERTATIO JURIDICA INAUGURALIS,

DE

# SEPARATIONE BONORUM

E JURE FRANCICO,

# UXORUM RATIONE, INDEMNITATIS REMEDIO.

# DISSERTATIO JURIDICA INAUGURALIS,

DE

# SEPARATIONE BONORUM

E JURE FRANCICO,

# UXORUM RATIONE, INDEMNITATIS REMEDIO.

QUAM,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

MICHAËLIS JACOBI MACQUELYN,

MED. DOCT. ET MED. PROF. ORD.

NEC NON

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

PRO GRADU DOCTORATUS

SUMMISQUE IN JURE ROMANO ET HODIERNO

HONORIBUS AC PRIVILEGIIS;

IN ACADEMIA LUGDUNO-BATAVA,

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

DEFENDET

BONIFACIUS CORNELIUS SCHNEIDERS

VAN GREYFFENSWERT,

ZIERIZEÂ-ZELANDUS.

AD DIEM XVII MARTII MDCCCXXIX, HORA I—II.

LUGDUNI BATAVORUM,

APUD L. HERDINGH ET FILIUM.

MDCCCXXIX.

73572

V I R O

NOBILISSIMO, GRAVISSIMO,

**GUILIELMO ADRIANO DE JONGE,**

*J. U. D.*

COLLEGIO EQUESTRI ATQUE ORDINIBUS IN PROVINCIA ZELANDIA ADSCRIPTO, REGIS PRAETORI (*DISTRICTS-COMMISSARIS*), IN TRACTU ZELANDIAE REGIONIS ZIERIZEAE,

AVUNCULO SPECTATISSIMO,

EGREGIE DE SE MERITO,

IN GRATI ANIMI TESTIMONIUM,

*Hoc qualecunque Specimen*

D. D. D.

A U C T O R.

» Quid tam humanum est, quam in fortuitis casibus
» mulieris maritum, vel uxorem viri participem esse?"

U L P I A N U S,

*L. 22. §. 7. D. Soluto Matrim.*

# DISSERTATIO JURIDICA INAUGURALIS

DE

# SEPARATIONE BONORUM,

## E JURE FRANCICO, UXORUM RATIONE INDEMNITATIS REMEDIO.

---

## PARS PRIMA.

### DE COMMUNIONE BONORUM INTER CONJUGES IN UNIVERSUM.

### §. 1.

Quamvis apud Romanos quaeque mulier nihil suâ auctoritate agere posset, quippe aliorum vel potestati vel tutelae obnoxia, neque unquam in patrum, maritorum, aut tutorum manu esse defineret, aut hac tutelâ liberaretur; quamvis et marito omnia uxoris bona dotis nomine acquirerentur (1): non desunt tamen argumenta, quibus, meâ

(1) Conf. Heinecc, *Antiq. Rom.* ad *Inst.* 1, 10, 7; et qui ibi laudantur.

meâ ſaltem ſententiâ, probari posſit, meliorem apud eosdem ROMANOS, prae masculis in nonnullis cauſis, feminarum fuisſe conditionem.

Huc nemo quidem ſpectare recuſabit Senatusconſultum illud *Vellejanum;* quo dudum conſtituebatur, *mulieres* pro aliis intervenientes *non efficaciter* obligari (2): dum tamen masculi ex obligatione ſuâ valide teneantur. Porro veniunt hoc ſenſu conſideranda, quae illarum aetatis ratione conſtituta ſunt; veluti quod citius masculis contrahere matrimonia posſint (3); maturius teſtamenta condant (4); prius a tutela liberentur, et veniam aetatis impetrare queant (5). Praeterquam autem quod illi, quorum in poteſtate ſunt mulieres, necesſario iis dotem dare debent, aut, ſi nolint, eo compelli posſunt (6); haud omittendum hîc est, non tantum conſtante matrimonio mulierem manere veram ac naturalem dominam dotis (7); ſed etiam in earum favorem receptum esſe, ut, ſi videant maritum nimium esſe prodigum, ſequeſtratio rei in dotem datae ipſis concedatur (8). Quod ſi nondum

(2) Vid. totus *Tit. D.* et *C. ad Sctum* VELLEIANUM.
(3) Vid. *pr. I. de Nupt.*
(4) *L. 5. D. Qui test. fac. posſ.*
(5) *L. 2. C. De his, qui ven. aet. impetr.*
(6) *L. 19. D. de Ritu Nupt.*; L. ult. C. *de Dot. prom.*
(7) L. 30. *C. de Jure Dot.*
(8) L. 22, §. 8, *D. Sol. Matr., quem. dos pet.*

dum dotem dederint, et maritus sua bona male administrare appareat, mulieribus permittitur dotem retinere; aut si mariti bona ad exactionem dotis haud amplius sufficere constet, dotis repetitio non denegatur.

Iis, quae diximus, addi possunt restitutio *in integrum;* quando in illis levior metus sufficit (9): quod nonnullis in causis his *jus ignorare* liceat (10): item quod, etiamsi tutela est munus publicum, a quibus arcentur feminae (11), ea tamen matri et aviae, si velint, deferatur; omnibus aliis tutoribus, praeter testamentarios, exclusis.

§. 2.

Num etiam illuc referendum sit, quod in Jure *Romano* nullibi, veram ac legitimam inter conjuges bonorum communionem obtinere, doceamur; jam haud examinabimus. Cuivis etenim, hujus Juris aliquatenus saltem perito, constat, conjuges apud illum populum nihil inter se indivisum, at contra semper proprium et separatum jus in bonis

(9) L. 3. D. *E quibus caus. maj.*

(10) L. 9. D. et L. ult. *C. de Jur. et fact. ign.* Conf. L. 15. §. 5. D. ad L. CORN. *de Falsis;* L. 1. *C. de Fals. Mon.*, ac complura alia loca.

(11) Vid. NOV. 118. cap. 5. et *Authent.* Matri et Aviae COD. *Quando mul. tut. off.*

nis habuisse: unde, si ad mulierem quid pervenerit, (sunt verba POMPONII (12)) *in dubio existimari debet a viro, aut qui in potestate ejus esset, ad eam pervenisse.* Quomodo igitur, quum Leges bona conjugum diserte distinguant, dubitari potest, num inter eos separatum obtinuerit jus (13).

Sunt quidem nonnulli, qui aliam de hac bonorum inter conjuges communione sequantur sententiam; eamque revera locum habuisse arguere velint verbis e *L.* 1. *D. de Act. Rer. Amot.*, scilicet, *ne quidem furtum facere uxorem, quia societas vitae quodammodo dominam eam faceret.* Sed NERVA et CASSIUS memorant hoc loco societatem quidem *vitae* non *bonorum.* Quod autem uxor *Domina* vocatur, hoc sensu improprio accipi debet; quandoquidem uxor rebus tanquam socia, et quasi domina, ob arctissimum illud vinculum, quod inter conjuges intercedit, uti creditur; quemadmodum ob amicitiae copulam, quidquid amici inter se possident, saltem quoad usum, communia esse habentur (14).

Quod

(12) L. 51. D. *de Donat. inter vir. et uxor.*

(13) Add. L. 17. D. ad *Sctum* VELLEJ. et L. 38. *D. de Contrah. Emt.*

(14) CICERO *de Off.* I, 16. Addatur de *Legibus* I, 12. »Ex quo perspicitur, cum hanc benevolentiam late lon- »geque diffusam vir sapiens in aliquem pari virtute prae- »ditum contulerit, tum illud effici, quod quibusdam in- »credibile videatur, sit autem necessarium, uti nihil sese »plus,

Quod autem Dionysius Halicarnassensis (15). *Mulierem nuptam, quae juxta ſacras leges conveniſſet cum viro, participem omnium bonorum et ſacrorum* vocat; minime opinionem nostram tollit. Oſtendunt enim Dionysii verba nihil aliud, niſi mulierem, viro legitime junctam, fortunarum ac ſacrorum illi exiſtere ſociam: plane quemadmodum in Lege *4. C. de Crim. expil. hered.* uxor *ſocia rei humanae atque divinae domu* (16) *ſuscipi* ab Imperatore Gordiano dicitur. Dum uterque locus, quem allegavimus, intelligendus videatur de nuptiis confarreatis et per coëmtionem contractis; qui modus matrimonii ineundi antiquisſimis temporibus Romae in uſu fuit (17).

## §. 3.

Quae dicta ſunt, illud tamen minime efficiant, quaſi conjuges, in nuptiis contrahendis apud Ro-

MA-

» plus, quam alterum diligat. Quid est enim quod dif- » ferat, cum ſint cuncta paria? Quid ſi intereſſe quid- » piam tantulum modo potuerit, jam amicitiae nomen oc- » ciderit; cujus est ea vis, ut, ſimul atque ſibi aliquid » quam alteri maluerit, nulla sit." Et quae alia loca ibi laudat DAVISIUS.

(15) *Antiq. Rom.* Libr. II. Edit. SYLBURG. Tom. I, p. 95.

(16) *Domu* non *Domus*, uti vulgo editur, legendum eſſe, docet BYNKERSHOEK. *Obſ.* Libr. IV, *Obſ.* 25.

(17) De ritu nuptiarum, qui *Conſarreatio* dicitur,

MANOS, legitimam communionem ſtipulari non potuissent. Contrarium enim docet *L.* 16. §. 3. *De Alim. leg.*; unde tamen illud tantum ſequitur, communionem hanc Juris communis non esſe habendam: uti quoque in nulla aliâ ſocietate *univerſarum fortunarum bonorumque* communio unquam locum habet, niſi pacto expresſo ita ſtatutum fuerit. Affirmatur enim hoc et ipſa Juris analogiâ et expresſis Jurisconſultorum reſponſis (18).

Aliquando autem revera ejusmodi communionem inter conjuges introductam fuisſe, inter alia cognoscimus e MARTIALI, *Libr.* IV. *Epigr.* 74.

« O Felix animo, felix, NIGRINA, marito,
« Atque inter Lâtias gloria prima nurus.
« Te patrios miscere juvat cum conjuge cenſus,
« Gaudentem ſocio, participique viro.

*Patrios* enim *cenſus* hoc loco omnia NIGRINAE ſignificare bona, quae non tantum in dotem dare, ſed ſane cum marito ſuo communicare voluerat, nemini dubium erit.

## §. 4.

Undenam deinceps apud alias gentes, illa commu-

agunt DIONYS. HALIC. l. l. p. 92. ULPIAN. Fragm. IX, 1; XII, 13. HEINECC. ad Tit. *I. de Nuptiis*, alii.

(18) Vid. L. 3. §. 1, et L. 73. D. *pro Socio.*

munio ipsâ Legis vi inter conjuges locum habere coeperit, minus constat. Quidam Legem Romuli, de qua Dionysius Halic. *l. l.* agit, ipsi originem dedisse, credunt: alii ex eventu eam enatam esse, perhibent. Quum enim prius distincta ac separata conjuges inter se haberent bona, sponsas in nuptiis ineundis, utriusque fortunae consortium stipulatas esse credunt: unde, quia hae stipulationes tandem frequenter intercedebant, dicta communio in jus transiit.

Sunt etiam, qui quoniam vir et uxor ratione corporis pro uno habetur, illud ad bona eorum prolatum esse, aiant. Secundum nonnullos tamen Germanorum instituta huic rei ansam dederunt: quoniam Tacitus de iis refert; » ipsis incipientis » matrimonii auspiciis mulierem admoneri, venire » se laborum periculorumque sociam, idem in pa» ce, idem in proelio passuram ausuramque (19)." Certius est apud Gallos saepius memoratam communionem jam antiquitus viguisse: a quibus deinceps et Franci, et recentiore etiam aetate Belgii incolae, eam assumsisse videntur.

Caesar enim naturam ac mores Galliae commemorans, *de Bell.* Gallico, VI, 19, ita inquit: » Viri, quantas pecunias ab uxoribus dotis » nomine acceperunt, tantas ex suis bonis, aestima-

ma-

(19) Tacitus *de Moribus* German. Cap. 18.

» matione factâ, cum dotibus communicant. Hu-» jus omnis pecuniae conjunctim ratio habetur, » fructusque fervantur: uter eorum vitâ fupera-» rit, ad eum pars utriusque cum fructibus fupe-» riorum temporum pervenit." Quare rectisfime primis GALLICAE gentis Legumlatoribus communio illa bonorum tribui videtur.

§. 5.

Quantopere ex hujusmodi bonorum communione amor conjugum crescat, eorumque concordia fervetur, multis verbis non opus erit demonftrare. Quonam enim modo vinculum contractum magis exhilaratur et vitae induftria promovetur, quam fi conjuges bona inter fe communia, utilitatis ac lucri fpe, omni temporis puncto augere conentur! Inde » flagrat mulier pulcherrimâ diligentiae aemu-» latione, ftudens negotia viri curâ fuâ majora at-» que meliora reddere. Nihil confpicitur in domo » dividuum, nihil quod aut maritus aut foemina » proprium esfe fui juris dicat: fed in commune » confpiratur ab utroque, ut cum forenfibus nego-» tiis, matronalis fedulitas induftriae rationem pa-» rem faciat (20)." Dum contra, ubi feparata ma-nent-

(20) Sunt verba COLUMELLAE *de Re Rustica* XII. Praef. §. 7, 8.

nent bona, continuas disſenſiones ac tandem triſtisſimam discordiam exiſtere, neceſſe ſit. Apud quemcunque populum igitur matrimonii finis non tantum in ſubolis procreatione, ſed et in ejus educatione, atque utriusque conjugis verâ felicitate ſitus habetur; ille certisſime obtinebitur per tenerrimum et castisſimum amorem inter conjuges: cui inprimis inſerviunt tum obſequium ab uxore marito praestandum, tum defenſio ac ſuſtentatio uxoris a parte mariti; porro ſincera conjugii conſervatio, idem erga liberos amor, atque educatio utrique incumbens. Unde ſequitur propter ipſam aequitatem, omnia conjugum bona communia eſſe debere.

§. 6.

Si quis a nobis quaerit, quomodo igitur illa communio bonorum, de qua hactenus diximus, definienda ſit; liceat ſequentem ejus deſcriptionem nunc addere. *Communio* est „jus, quo dominium bonorum alterius conjugis, per legitimas justasque nuptias, in alterum conjugem pro parte dimidiâ tranſit, atque ei et in eum pro eâdem parte dimidiâ actiones dantur; quae alias tantummodo alteri conjugi et adverſus eum datae fuisſent."

§. 7.

Sed plura his nunc non ſunt addenda. Quidquid enim de communione bonorum dicebam, praeparationis inſtar habendum est, quo concinnius ac clarius argumentum, quod mihi in Disſertatione hac tractandum elegi, explicari posſit. Agere autem decrevi de *Separatione Bonorum, uxorum ratione, indemnitatis remedio:* quo, explicitis iis, quae, quod ad Jus ROMANUM pertinet, primum de eâdem materiâ dicere necesſe erat, nunc tranſire licet.

Quum enim Conſult. S. S. BOEYE, ſub finem anni praecedentis in hac ipſâ Academia LUGDUNO-BATAVÂ, accurate et docte, de *Conjugum in Bona Dotalia Juribus* ageret, et §. 2. Part. 2. Cap. II. memoraret, ad jura, quae uxori, ſtante matrimonio, in bona dotalia competant, referendum quoque esſe, quod, ſi propter perturbatas mariti res, dos ejus in periculum veniat et metus adſit, ut e bonis mariti ſua conſequatur, ſeparationem bonorum petere ei liceat: mihi argumentum hoc, nec quod ad ejus momentum pertinet, indignum, neque a ſuavisſimo amicitiae vinculo, in quo jam a multis annis inde unâ degimus, alienum viſum est, ut ſeparatim nunc a me eâdem, ſi fieri posſit, tractetur ratione. Quod quatenus mihi contigerit, aliorum est judicare.

PARS

## PARS SECUNDA.

### DE SEPARATIONE BONORUM E JURE FRANCICO.

## CAPUT PRIMUM.

### DE BONORUM COMMUNIONE SECUNDUM JUS FRANCICUM.

§. 1.

Etiamsi FRANCORUM natio infinitas leges, quibus hodie utitur, ROMANIS debet; in Bonorum Communione tamen, quae ipsâ Legis vi apud hos, uti vidimus, nulla erat, magis veterum GALLORUM retinuit consuetudines. Quotiescunque enim conjuges futuri sine ullo contractu nuptiali matrimonium suum contraxerint, censetur inter eos *Bonorum Communio Legalis* locum habere. Cujus tamen causa *proxima*, quae dicitur, non adeo in Lege est quaerenda, sed in voluntate conjugum: quae vel *tacite*, ubi nullus contractus nup-

nuptialis intercesfit, vel *expresſe*, ſi communionem ſtipularentur, ſignificata aeſtimatur (1).

Niſi ergo conjuges futuri hanc communionem bonorum *Legalem* quadam ratione in contractu Nuptiali extendant, reſtringant, vel excludant; locum inter eos habet: vel quia nuptias ſine contractu nuptiali inierunt; vel quia illam in dicto contractu expresſe ſtipulati ſunt (2).

Ubi primum nuptiae igitur coram Magiſtratu, quem Lex indicavit, celebratae ſunt, dicta communio initium habet; adeo ut nullum aliud tempus, tanquam communionis exordium decerni posſit (3). Licet ergo huic ſtipulationi conditio addatur, (dummodo ea ſit expresſa; nam praeſumi nunquam potest): valet communio; et conditione deinceps exiſtente, principium nuptiarum cenſetur quoque communionis principium: dum contra, ſi conditio nunquam exiſtat, nec communio unquam locum habuisſe credatur (4). Quodſi unus conjugum rem quamdam immobilem acquiſivit intra tempus, quod a contractu nuptiali inito, quo bonorum communionem ſtipulati ſunt conjuges, usque ad nuptias celebratas elabitur; haec tamen res ad communionem pertinet: ne unus conjugum

(1) Vid. ART. 1393. COD. *Civ. Franc.*

(2) ART. 1400.

(3) ART. 1399.

(4) Conferri hoc de caſu potest DELVINCOURT, VI, 285.

gum fraudulente fiat locupletior in damnum communionis; adhibens pecuniam aut alias res mobiles, quae ceteroquin communionem ſpectarent, ut rem illam immobilem nanciscatur (5).

Ubi nuptiae non rite ſunt contractae, ſed tales modo habentur, videtur, quod ad communionem bonorum pertinet, attendendum, utrum uterque conjux in bonâ fide ſit, an vero non. In caſu priore communio inde revera cenſetur adesſe, ac ſi nuptiae rite inirentur. Si vero alteruter tantum in bonâ fide est, ei datur electio, utrum communionem adesſe velit, an minus. At ſi neutri conjugum bona fides adest, ſtipulationes in contractu nuptiali factae non valent. Contractus enim nuptialis nullus est; quum nuptiae non ſequerentur.

Quando autem interim res quaedam immobiles nomine utriusque conjugis ſunt acquiſitae, ambo obtinent aequalem portionem; inſtar hominum, qui lucri participandi cauſâ ſocietatem inierunt. Quoties tamen res illae alterutrius conjugum tantum nomine acquirerentur; hic ſolus eas recipit; licet alteri conjugum dimidiam uſurarum partem ſolvere teneatur (6).

§. 2.

(5) Art. 1404.

(6) Est haec certe ſententia Delvincourtii, VI, 294.

## §. 2.

Postquam de communione igitur est fancitum, ad eam pertinent, *tum* res mobiles utriusque conjugis, quas tempore nuptiarum contractarum habent vel deinceps acquirunt; fine discrimine, utrum eas titulo *onerofo*, an titulo *lucrativo* fortiti fint: item omnes fructus ac reditus, qui ftante matrimonio e bonis conjugum proveniunt; five haec bona tempore contracti matrimonii jam posfidebant, vel, durante eo, acquifiverunt (7). Quod autem Lex hoc loco feparatim memorat *les fruits, revenus;* hujus rei caufa in eo quaerenda videtur, ne aliquando hac de re aliquid dubii exiftere posfit, aut ulli reditus a communione excludantur. Quicunque autem fructus a fructuario percipiuntur, atque e Jure ad eum pertinent; veniunt quoque in hanc communionem: quales autem hi fructus fint, fufius explicavit Legislator Francicus in Art. 582. fqq. Cod. *Civ.*

Ad dictam communionem pertinent ultimo loco *res immobiles*, quae conjuges post contractum matrimonium titulo *onerofo* acquifiverunt (8). Quidquid igitur donatione aut hereditate nacti funt

(7) Vid. Art. 1401. d. Cod. et Disceptationes, quae, ubi de hoc Articulo agebatur, institutae sunt,

(8) *Art.* 1404. seq.

sunt, huc non est referendum (9). Nec differt, utrum res quaedam utrique conjugi ſit donata; nam hoc in caſu res illa unicuique donatur pro parte dimidiâ: quare et quisque dimidiam partem debet conferre ejus, quod a marito data est: niſi maritus expresſe declaraverit velle, ut, quod liberis dedit, ſibi ſoli ſit oneri, aut pro parte, quae est major parte dimidiâ (10).

Ex iis, quae dicta ſunt, ſatis igitur apparet, communioni non adnumeranda esſe bona immobilia, quae conjugum erant tempore, quo nuptias inibant, aut, ſtante matrimonio, acquirebantur

(9) Sunt et aliae exceptiones, quas hoc loco referre longum est; de quibus tamen conſuli potest DELVINCOURTIUS, VI, 300.

Cujusmodi praecipue est exceptio, quae in principio *Art.* 1408. occurrit; ſcilicet communioni non accenſendam esſe partem rei immobilis, quam alteruter conjugum cum quodam alio pro indiviſo posſidebat, titulo licitationis, ſimilive acceptam. Si tamen, ut res illa acquireretur, aliquid e communione ſolvebatur, illud expenſum communioni est reſtituendum. Quando conjux rem eam cum alio pro indiviſo communem habuit, et maritus, ſuo nomine, alteram rei partem, vel etiam rem omnem acquiſivit, licet conjugi, communione disſolutâ, eligere, utrum rem cupiat omittere, an illam recipere. Si omittit, pretium partis ei est ſolvendum, quam in illa re habuit: ſi recipit, conjux pretium communioni debet restituere, quod communio ad eam obtinendam erogavit. Vid. MALEVILLE ad d. *Art.* 1408. et DELVINCOURT, VI, 304.

(10) Conf. *Art.* 1439. d. COD.

tur titulo lucrativo: quo etiam refertur usucapio, ante nuptias quidem inchoata, sed iis jam contractis, demum impleta. Quotiescunque autem dubium aliquod existit, num res quaedam ad communionem pertineat, causa communionis potior habetur; nisi contrarium appareat (11).

Sufficiant haec de commodis communionis: sequitur, ut indicentur ejus incommoda.

§. 3.

Onera, quibus vicissim communio gravatur, distincte explicantur in ART. 1409. COD. *Civ.* Cujusmodi sunt:

1. Omnia debita, quae rebus mobilibus adnumerantur, vel quorum objectum est res mobilis, et e quibus conjuges jam tenebantur tempore nuptiarum contractarum. Ne tamen fraus ulla hic adesse possit, mulier hac de re maritum certiorem facere debet Instrumento Authentico; unde apparet sane haec debita nuptiis esse antiquiora: quod constat, aut quia haec debita diem habent certum, aut quia rite Actis publicis inscribebantur. Alioquin communioni haec nequeunt imputari, et creditor uxoris solutionem debiti judicialiter consequi nequit; nisi e nudâ re-

(11) *Art.* 1402.

rerum immobilium proprietate, quae uxoris sunt. Sed si maritus tale debitum uxoris solvendo agnovit, creditur nuptiis antiquius; quare neque ab uxore, neque ab ejus heredibus indemnitatem petere potest (12). Quod ad maritum pertinet; hujus ratione tale instrumentum non requiritur: quippe de cujus debitis communio prorsus tenetur.

Ne de debitis mobilibus, quibus onerata est hereditas, quae alterutri conjugi, stante matrimonio, delata est, dicamus (13); *alterum* efficiunt *communionis onus* debita eorumque usurae, quae maritus stante matrimonio contraxit, aut quae ab uxore, marito consentiente, contrahebantur. In casu autem, si maritus, stante matrimonio, debitor esse inceperit, creditor hujus aggredi potest bona privata ejus, aut quae sunt communionis; prouti ipsi maxime placebit. Nec differt, num debita contraherentur sine uxoris consensu: dummodo communio ab illâ sit accepta. Quanto magis autem idem obtineat, si uxor ratione creditoris unâ cum marito sese obligaverit, non opus est dicere.

Quod vero ad uxorem pertinet, observandum vi-

(12) *Art.* 1410. Addantur MALEVILLE ad eum *Art.* et DELVINCOURT VI, 315.

(13) Vid. *Art.* 1411. Addantur PIGEAU *Proced. Civ.* Tom. II, pag. 81; MALEVILLE, ad *Art.* 1413, et DELVINCOURT VI, 316.

videtur, eam fine mariti confenfu communionem nullis debitis posfe gravare; quippe cui prorfus fine confenfu mariti, de bonis communionis disponere vetitum fit (14). Nec potest deficiens mariti confenfus ulla ratione per Judicis auctoritatem fuppleri; nifi in cafu urgente: veluti, quando agitur de marito e carcere liberando; aut fi, dum maritus abfens est, liberis fuis praebere velit, unde victum fibi quaerant.

Ita quidem conftitutum videmus, ratione debiti, quod uxor, durante matrimonio, contraxit: de debitis tamen ante nuptias contractis tenendum est, ea tum demum peti posfe, fi creditor eorum fidem quodam actu probare posfit: dummodo appareat, hunc actum revera ante nuptias initas esfe confectum (15). Quoties talis actus deficiat, creditor ideo bona quidem immobilia uxoris potest aggredi; non vero eorum reditus.

Praeter ufuras debitorum, quae non funt communia (qualia, nifi fallor, ex antea dictis fatis cognoscuntur), ad onera communionis etiam pertinent impenfae ad res immobiles, quae communionem non fpectant, reficiendas factae; quippe et communio harum rerum ufum fructumque percipit. Qua in re rurfus attendendum est, quod Art.

(14) *Art.* 1427.
(15) *Art.* 1410.

Art. 605. ſeq. ratione fructuarii docet et conſtituit.

Denique communio ferre debet ſumtus, quibus conjuges eorumque liberi ſuſtinentur atque aluntur. In caſu autem, ſi liberi e priore matrimonio alterutrius conjugum adſint, qui, unde educentur, non habent; alimenta eorum debitis mobilibus acceuſentur, quibus onerabatur conjux, quaeque adeo communionem ſpectant; uti jam dictum est.

## §. 4.

Sufficiat ita, et commoda et onera communionis, breviter indicaſſe: adminiſtrantur autem quaevis communionis bona a marito; qui etiam exercet omnes actiones poſſeſſorias, vel rerum mobilium, uxoris nomine competentes. Hinc bona communionis quoque vendendi, alienandi atque oppignorandi in Lege data est facultas marito: etiamſi uxor non conſenſerit (16). Sed bona mobilia uxoris, quae ad communionem non pertinent, donare itidem poteſt maritus; modo nullum ſibi in pacto ullo eorum retineat uſumfructum (17). Quod tamen ad immobilia uxoris bona, quaeque illius propria ſunt, attinet, haec marito, nonniſi

(16) *Art. 1421.*
(17) *Art. 1422.*

nisi consentiente uxore, alienanda sunt: quare etiam ille tenetur, si haec culpâ ejus perierint, aut aliud quoddam damnum paterentur (18). Quod si res immobilis uxori propria a marito sine ejus consensu vendita est, non sufficit declaratio mariti, e pretio accepto hanc vel illam rem immobilem esse acquisitam; nisi uxor rem hanc surrogari permittat. Aliter, dissolutâ communione, uxor non cogitur rem hanc accipere, sed ipsum pretium rei venditae exigere potest (19).

Ceterum ad ea, quae maritus facere in bonis his immobilibus prohibetur, non referenda est eorum locatio: quamvis quidem ea non in longius quam novem annorum spatium conceditur: si enim maritus haec ultra dictum tempus locaverit, et communio deinceps solvatur, conductor nihil juris habet ultra annos, qui *novem* annorum spatio, quod ingrediebantur, adhuc desunt: nam in fundis omnis locatio, quae tribus annis, aut si aedes sint, duobus annis, ante finitam praesentem locationem, renovabatur, prorsus irrita est: nisi nova locatio jam exordium habuerit, priusquam communio solveretur (20).

Apparet satis, quod puto, regulariter igitur in bonis communibus parum juris exercere uxorem; nisi

(18) *Art.* *1428.*

(19) *Art.* *1435.*

(20) *Art.* *1429* et *1430.*

nisi ipsa publice aliquam negotiationem exerceat. Hoc enim in casu, quoad illam negotiationem, aeque maritum ac communionem obligare potest (21).

Ubi uxor cum marito, durante communione, se in solidum obligavit propter negotia, quae communionem vel maritum spectant; videtur mariti fidejussor esse facta: quo certior evaderet ejus creditor. Quare ob obligationem, quam contraxit, indemnis servanda est (22).

## §. 5.

Conjuges tamen hanc communionem non jure irrevocabili constituere, clare apparet ex ART. 1441. COD. *Civ.* Voluit enim Legislator initae communioni quatuor potissimum causas finem imponere, scilicet (23) 1: Mortem naturalem vel civilem alterutrius conjugis: 2: Divortium. 3: Separationem mensae et thori. 4: Separationem bonorum.

Quandoquidem autem *Separatio* bonorum nobis hoc loco praecipue attendenda est, ceteris modis omissis, plura de hac dicemus.

Se-

(21) Conf. *Art.* 1426, adjuncto *Art.* 220. COD. *Civ.* et *Art.* 5, COD. *de Merc.*

(22) *Art.* 1431. Si maritus mercaturam exercet et solvendo esse definit, quomodo conjux sibi cavere possit, discimus ex *Art.* 544. COD. de *Mercat.* Add. DELVINCOURT VI, 336.

(23) *Art.* 1441.

*Separatio* quidem bonorum duplex esse potest, *conventionalis*, aut *judicialis*. *Conventionalis* vocatur, quoties conjuges in contractu nuptiali eam stipulati sunt: unde efficitur, ut nunquam bonorum communio inter conjuges locum habuerit (24).

*Judicialis* dicitur: si communio Judicis auctoritate solvatur: veluti, si inter conjuges separatio tori et mensae exstiterit: quippe quae etiam bonorum separationem efficiat (25). Quâ tori et mensae separatione utrum etiam facultas detur conjugibus, donationes, quas sibi invicem fecerunt, revocandi; inter juris Doctores non convenit (26).

Porro bonorum judicialis separatio etiam locum habet, si petita atque impetrata sit (27); quam nunc fusius explicare conabimur: ita in hoc argumento versaturi, ut separatim videamus de *tempore*, quo et *ratione* quâ, haec bonorum separatio sit petenda; ut tum ostendatur, quinam ejus impetratae sint *effectus*.

C A-

(24) De hac bonorum separatione *conventionali* agitur in *Art.* 1529 *seqq.* COD. *Civ.*; quae hîc non explicanda venit.

(25) *Art.* 311.

(26) Nusquam in *Codice* hac de re aliquid occurrit; dum expresse sanciatur, quod ad divortium pertinet, *Art.* 299 et 300. Hinc quoad separationem mensae et tori idem affirmant DELVINCOURT, III, 134 et PROUDHON, I, 391: negat vero TOULLIER, II, 86.

(27) *Art.* 1446.

## CAPUT SECUNDUM.

### QUANDO, UBI ET QUOMODO SEPARATIO BONORUM SIT PETENDA.

## SECTIO PRIMA.

### QUANDO BONORUM SEPARATIONEM PETERE LICEAT.

§. 1.

Vidimus, in Capite antecedente Separationem Bonorum peti *posse;* nondum tamen indicatum est, a quonam et quam ob caufam hanc petere liceat. De posteriore argumento primum nunc agemus. Distinguenda autem omnino haec bonorum feparatio, quae *definitiva* dicitur, est ab illâ, quae *provisoria* vocatur; fed non nisi unico in cafu locum obtinet: fcilicet si, heredibus abfentis in bonorum posfesfionem mitti petentibus, conjux *provisoriam* communionis disfolutionem roget: qua de materiâ agitur in Art. 124. Cod. *Civ.* Ceterum

rum observare liceat, nos minime de bonorum separatione, quae separationem mensae et tori sequitur, at vero de eâ, quae a Judice est petita atque impetrata, hoc loco agere.

Quotiescunque igitur maritus, non eâ diligentiâ, quâ decet, vel prorsus perverſâ ratione communionem administrat, aut si res mariti turbatae esse incipiant, adeoque metus existat, ut uxor ea consequatur, quae jure ipsi competant; uxor hanc bonorum separationem petere potest. Non tamen necesse est, ut constet, uxorem revera jam inde passam esſe damnum, aut maritum solvendo esſe defiisſe; metus enim eo ſufficit, ne res mariti turbentur, Neque opus est obſervare, undenam haec turbatio existat; an verbi gratiâ revera originem ceperit e malâ rerum adminiſtratione, an quidem e casu fortuito atque improviſo: nam e quâcunque cauſâ res familiaris mariti turbata esſe inceperit, bonorum ſeparationem petere licet uxori (1).

Quae diximus, sunt ita tamen semper intelligen-

(1) Vid. *Art.* 1443. d. Cod. *Civ.* Addatur DELVINCOURT, VI, 338; qui rationem *Art.* 1443 quaerit in L. 24 D. *Solut. Matrim.* « Conſtat exinde dotis exactio« nem competere, ex quo evidentisſime apparuerit, mariti « facultates ad dotis exactionem non ſufficere.'' *Romani* enim unice *dotem* cognoſcentes, communionis regimen commemorare non poterant.

genda, ut haec communionis separatio in causis prolatis ab uxore peti nequeat, nisi ejus commodum atque utilitas simul intercedant. Est enim uxori nequaquam in Lege mariti concessum judicium: nec potest illum, ut rationes habitae administrationis reddat, ad suum deducere tribunal, eumque condemnare; si non justâ diligentiâ opes suas tuitus sit. Ita enim viri imminueretur omnino gravitas, et non parum in maritos potentia extenderetur mulierum (2).

Quaeritur tamen, num haec petitio ab uxore etiam institui possit, si res mariti turbatae sint, quoniam ipse magnam jacturam ab aliis pertulit, aut tales exstiterunt casus, qui nullâ prudentiâ aut solertiâ mariti arceri poterant: ita ut plane mariti perversae administrationi aequiparentur? Quandoquidem, quod ad dotis restitutionem pertinet, has ob causas nulla in Jure ROMANO occurrit distinctio (3); etiam hic non distinguendum videtur. Agit enim maritus, uti princeps familiae, ignorante saepe uxore, ob perversam libidinem mariti, non tantum hujus

(2) Confer. MERLIN *Repertoire Univers. de Jurisprud.* Tom. XXX, pag. 375. Quale etiam Judicium fuit Curiae PARISIENSIS; uti constat e SIREY, *Recueil Général des Lois et des Arrêts*, XIII, 2, 359: licet alibi aliter judicatum sit. Conf. *ibid.* VIII, 2, 320.

(3) Vid. *L. 24. D. Solut. Matrim.* et *L. 25 C. de Jure Dot.*

jus bona, fed quoque fua ipfius profundi; et quum probabile fit, quod prius maritum fupplex et quibusvis precibus a malâ hac confuetudine avertere tentaverit; dum ille contra pergeret, atque uxorem plane infelicem reddere fe velle indicaret: videtur Lex non injuste hanc auxilii rationem concesfisfe uxori (4).

Quamvis igitur fortasfe conjux nihil in communionem attulerit, potest tamen feparationem hoc in cafu petere. Lex quidem vult, bona uxoris in periculum venisfe; cui obftare posfet, eam nihil attulisfe: fed ob alias, quae interdum exiftunt, caufas, beneficium hoc tamen uxori tunc permittendum videtur. Veluti, fi opificium quoddam tractet, vel negotiationem aliquam exerceat, e quâ ullum lucrum percipi folet. Si nunc ergo maritus fit prodigus, conjux omni illo lucro per eum deftituitur, five quia ipfe illud profundit, five quoniam ejus fit creditorum. Quare et hoc in cafu revera interest conjugis, bonorum feparationem petere, fibique profpicere ex illo lucro, quod dictâ ratione acquirit (5).

Quam aequa autem ejusmodi sit conftitutio, non multis verbis dicere opus erit. Quandoquidem enim Leges semper explicare oportet eo sensu, qui

(4) Conf. POTHIER, *Traité de la Communauté pag.* 510.
(5) Ita etiam statuit POTHIER d. l. n°. 253.

qui aequitati maxime convenit; et nunc ſtatuere licet, quod conjux, quae renuncians communioni, artem aut opificium suum ſibi conſervat, unde in posterum fructus ſibi colliget, revera aliquid recipiat: cujus periculum in cauſâ fuit, quare bonorum ſeparatio peteretur.

Quotiescunque autem res, quas uxor in dotem attulit, ſunt res immobiles, quarum alienatio ſemper impugnari possit, vindicando eas ab omni detentore; dubium est, an etiam bonorum mariti turbatorum cauſâ, ſeparationem illi petere liceat. Affirmando tamen respondendum videtur. Nam quandoquidem marito onera his bonis impoſita ſunt praeſtanda, credere licet, maritum hoc in caſu, non amplius esse idoneum. Et, quia fructus atque uſurae ad maritum pertinent, facile fieri possit, ut a creditoribus occupentur; quo facto, non amplius inſerviunt fini, in quem destinabantur ea bona: unde uxorem damnum pati, dicendum est (6).

§. 2.

Petenda autem est ſaepius commemorata ſeparatio uxori, non vero cuiquam alii, veluti creditoribus ejus, (nisi uxor conſentiat), a Praeſide Tri-

(6) Conferantur hac de re, quae dixit Conſ. S. S. Boeye in Disſert. laud. pag. 88.

Tribunalis primae Inſtantiae ejus loci, quo maritus domicilium habet. Tendit autem haec petitio potissimum illuc, ut conjux facultatem accipiat hac in re contra maritum agendi: niſi enim ſeparatio haec in Judicio petatur, ſed verbi gratiâ mutuo conſenſu fiat, habenda est nullius momenti. Quia post nuptias contractas pacta nuptialia, tam expresſe, quam tacite ſeu vi legis (quod in communione bonorum, uti ſupra vidimus, locum habet), constituta distrahi nequeunt (7).

Si quis hujus rei rationem forte petat, quare pacta nuptialia post matrimonium initum mutare non liceat conjugibus; videtur haec in eo quaerenda, ne temere illâ in re verſentur conjuges, et uxor interdum vel blanditiis aut dolo mariti capta, sibi noceat.

Sive igitur matrimonium expresſis aut tacitis initum fuerit conventionibus, hae ſuâ naturâ revocari nequeunt: quare neque in conjugum est potestate, eas solâ suâ voluntate, quamquam unanimi, finire, et communionem bonorum, quae inter eos aut expresſe contractu nuptiarum, aut ob abſentiam ejusmodi contractus, Lege est introducta, abrogare.

Si maritus uxori et liberis ſuis victum quotidianum prae-

(7) Conf. d. Art. 1443: addito Art. 1395. et Cod. de *Method. Proced. in Cauſſ. Civ.* Art. 865, ſeqq. Accedat Paillet, *Manuel de Droit Franc.* pag. 605. n°. 3.

praebere nequit, potest etiam locum habere bonorum separatio; quamvis dos nondum fit in periculo (8).

Est tamen unicus cafus, in quo et maritus hanc feparationem bonorum petere potest: fcilicet, fi res uxoris ante contractas nuptias, ignorante marito, jam erant perturbatae. Lex enim ubique avertit fraudem. Atqui quis dicet, maritum hac in causâ per uxorem non esfe deceptum.

Creditores uxoris neque illam feparationem petere posfe, modo dictum est. Quod fi tamen bona mariti penitus turbata fint, et maritus folvendo esfe defierit, creditores uxoris posfunt in judicio jura ejus, quae ipfis debet, perfequi usque ad quantitatem eorum, quae credebantur (9).

## §. 3.

Ubi autem, quod ad bonorum feparationem pertinet, agit de communione disfolvendâ uxor, rebus dotalibus, quas repetit, annumerantur omnia ejus bona; non tantum vero illud, quod ei in nuptiis ineundis dabatur, fed etiam quidquid in matrimonium attulit, atque omnia per fuccesfionem, donationem aut legata, durante matrimonio acquifita; five fint mobilia, five immobilia: fine

(8) Haec est fententia PAILLETII, l. l. pag. 606. n°. 4.
(9) *Art.* 1446. COD. *Civ.*

fine discrimine, utrum ea in communione admiferit, an vero illa excluferit.

Antiquior, quae in *Franciâ* obtinuit jurisprudentia, concedebat uxori feparationem bonorum petere, non tantum, ubi res, quas fibi reftituendas esfe ftipulata fuerat, in periculum veniebant; fed etiam, quando non nifi res, quae absque ullâ revocatione, communioni tradiderat, periclitabantur. Hinc conjux, quae nullum confecerat nuptiarum contractum, et attulerat rem immobilem, ac magnam mobilium copiam; five illud immobile adhuc in rerum naturâ exftabat, five res mobiles, quae ad communionem pertinere inceperant, folae in periculo verfabantur, habebat facultatem, ad fuam portionem fervandam, propter jus communionis, quoad reliquias rerum mobilium feparationem bonorum petendi.

Hodie tamen, uti dictum est, propter rationem, quâ ultima verba primae particulae in *Art.* 1443 funt redacta, uxor feparationem illam rogare nequit, nifi periculum adfit ratione rerum, quarum reftitutionem est ftipulata, vel quas Lex reftitui vult, aut ratione ceterorum creditorum, quae in matrimonio habet.

Neque est, quod hanc interpretationem admiremur: raro enim fit, ut conjux, quae quasdam affert facultates, aut certe earum exfpectationem, contractum nuptialem confici non curet. Et fic omnino apparet, quanti e Jure *Francico* conjugum in-

interfit, ut contractus nuptialis fcripto ineatur; ne dubium fit, quantum in matrimonium conferatur, et ut ftipulentur quoque reftitutionem hujus collati, quoties communioni renunciare velint.

§. 4.

Ut autem a conjuge feparatio bonorum peti posfit, ante omnia requiritur, ut unâ adhuc cum marito habitet: fi enim fuo arbitrio domicilium mariti reliquerit, feparationem bonorum petere aut impetrare nequit, priusquam eo reverfa fuerit (10).

(10) Sententiam hoc fenfu in Curia Turinensi latam videfis apud Sirey l. l. XI, 2, 270.

SEC-

## SECTIO SECUNDA.

### QUOMODO ET UBI BONORUM SEPARATIO PETATUR.

§. 1.

Vidimus, quando igitur ab uxore Separatio Bonorum peti posſit; ſequitur, ut explicemus *ubi*, et *qua ratione* illud fiat. Quod autem ad rationem pertinet, in hac multum esſe obſervandum, facile apparebit.

Conjux, quae Bonorum Separationem petere vult, primum eo auctoritate indigere Praeſidis in Tribunali primae Instantiae, jam dictum est: ſcilicet Praeſes ille ad finem libelli, qui ei hanc ob rem est traditus, auctoritatem dari ſignificat: potest tamen dictus Praeſes, si opus videatur, prius cuncta ea obſervare, quae res exigere creditur (11). Auctoritatem Praesidis nacta, Judici jam offert uxor alium libellum, in quo explicat rationes, e quibus separatio petitur. In caſu autem, ſi conjux adhuc minor est, a Judice ei addi

(11) Conf. Art. 865. Cod. *de Meth. Proced in Cauſ. Civ.*

addi Curatorem, cujus auctoritate litem deinceps movet, putant nonnulli: fed uti videtur, minus recte. Si enim Curatore opus esfet, eligendus foret Concilio familias, non Judici: et fecundum Codicem Civilem auctoritas Judicis fufficit, ubi lis movetur de Separatione (12).

Sine ullo temporis intervallo Graphiarius Tribunalis tabulae, quae in Auditorio Tribunalis eo est collocata, affigat epitomen petitae feparationis; e quâ cognoscere licet, tum quo die petita fit feparatio; tum quaenam conjugum fint nomina, praenomina, artificium ac domicilium; nec non inde apparere debet, quisnam Procurator fit, hanc ad rem conftitutus: cujus est officium intra tres dies, a factâ petitione computandos, dictam epitomen Graphiario fuppeditare (13).

Ejusmodi epitome affigenda est tabulis, quae eo destinatae funt in Auditorio Tribunalis de caufis Mercaturae judicantis; item in Collegiis Procuratorum apud dictum Tribunal admisforum: nec non Tabellionum. Quae affixiones testimonio fuo compro-

(12) Ita quoque opinatur Merlin *Répertoire de Jurisprud.* Tom. XXX, p. 384. Alii tamen contrariam tuentur fententiam; veluti Pigeau. Addatur Paillet ad Cod. *de Meth. Proced. in Cauf. Civ.* pag. 1125, n°. 3.

(13) Art. 866. Cod. *de Meth. Proc. in Cauf. Civ.*

probandae sunt non solum Graphiariis, at vero etiam iis, qui dictis Collegiis ab Actis sunt (14).

Simile indicium, operâ conjugis, fit quoque in Diario ejus loci, ubi Tribunal convenire solet: aut, si illo loco non adsit, traditur uni Diariorum, quae in eâdem Dioecesi imprimuntur. Quod autem Diario huic revera insertum sit illud indicium; hac de re constare debet per testimonium impressoris, ipsi Diario inscriptum: quod testimonium per supremum civitatis Magistratum (*le Maire*) confirmari debet (15).

§. 2.

Nequit autem, quod ad petitam bonorum separationem pertinet, (salvis tamen aliis actis, quibus jus conservare licet), ulla Sententia reddi, nisi mensis, postquam ea, quae explicuimus, observabantur, elapsus fuerit. Quae nisi rite observata sint, quidquid agitur, nullius est momenti: adeo ut haec rescissio propterea etiam per maritum ejusque creditores provocari possit (16).

Si maritus, qui de petitione uxoris certior factus

(14) Art. 867. ibid.
(15) Art. 868. ibid; addito Art. 683. ejusdem Cod.
(16) Art. 869. ibid. nec non Art. 65. Cod. *de Mercat.*

tus est, in judicio se fiſtens, Judicem non edocet, res ſuas haud eſſe turbatas, adeoque bonorum ſeparationi revera locus est; Judex jubere debet, ut eorum, quae maritus perhibet, probatio fiat, non tantum inſtrumento authentico, ſed etiam testibus. Si nihil tamen dubii exſtat, quo ejusmodi testimonium requiritur, testes omittere licet.

Ceterum univerſe Tribunal ſeparationem bonorum decernere non poſſe, niſi re bene cognitâ, tenendum est. Quare nec conſenſus mariti ſufficit; etiamſi non adſint creditores, quorum intercedere refert. Alioquin enim conjugibus liceret Legis diſpoſitionem irritam reddere, quae voluit, ne conventiones nuptiales ullam patiantur mutationem, et ut nunquam bonorum ſeparatio e mutuo conſenſu fiat (17).

## §. 3.

Creditores mariti habent, usque ad Sententiam *definitivam*, facultatem a Procuratore conjugis, item per Procuratorem petendi, ut ipſis communicentur petitio ſeparationis et inſtrumenta, quibus haec probatur: nec non, quo magis jura ſua tue-

(17) Art. 870. Cod. *de Meth. Proc.*

tueantur, intercedere possunt; etiamsi nullum conciliationis tentamen praeierit (18).

Si maritus suspicatur, uxorem quaedam communionis bona celavisse, potest absque auctoritate Judicis, eo loco, ubi domicilium habet, per Judicem Pacificatorem sigilla imponenda curare: unde etiam vulgo sequitur separatio mensae et tori. (19).

§. 4.

Debet autem Sententia separationis in publico Tribunalis conventu recitari; item apud Tribunal Mercaturae, si eo loco adsit: excerptum porro hujus Sententiae, unde tum de die quo, et de Tribunali, per quod Sententia edita est, tum de nominibus, praenominibus, artificio ac domicilio conjugum constat, inferendum est tabulae eo destinatae, ut per integrum annum maneat expositum in Auditorio Tribunalium primae Instantiae et Mercaturae, ubi domicilium habet maritus; etiamsi commercio operam non dat: quodsi Tribunal Mercaturae ibi non reperitur, illud locum habere debet in praecipuo conclavi Curiae ejus urbis, ubi maritus habitat. Ceterum simile excerptum mittendum est Collegiis Tabellionum et Procuratorum, si

(18) Art. 871. ibid.

(19) Art. 869. ibid. et PAILLET l. l. p. 1127. n°. 5.

ſi adſint, ut etiam tabulis illic expoſitis inferantur: nec licet uxori initium facere Sententiam acceptam exſequendi, niſi omnia haec requiſita rite ſint impleta: ita tamen, ut non opus ſit, totius anni lapſum prius exſpectare (20).

§. 5.

Separatio bonorum tamen licet a Judice pronunciata, nullius est momenti, niſi eam ſubſecuta ſit ſolutio jurium atque eorum, quae uxori debentur; eaque locum habuerit per inſtrumentum authenticum, in quantum bona mariti eo ſufficiant: quod ſi fortaſſe aliquâ de cauſâ nondum ita obtinuit, debent ſaltem intra duas hebdomades, quae proxime Sententiae ſuccedunt, Judicium exſequi coepiſſe, neque haec res deinceps interrupta eſſe. Videtur tamen uxor Judicium exſequi coepiſſe, per omnem actum exteriorem, qui in ſeparatione originem habet; veluti inventario conficiendo, cet. (21). Quaenam autem ſignificatio ſit vocis *jugement*, quae in Art. 1444 occurrit, valde disſentiunt. Alii intellexerunt de Sententiâ, quâ ſeparatio pronunciatur;

(20) Vid. Art. 872. d. Cod. *de Meth. Proc.* et Art. 1445. Cod. *Civ.*

(21) Vid. Art. 1444. Cod. *Civ.* et Delvincourt VI, 345.

tur; ita ut mora, quae ob exemplar ejus conficiendum et infcriptionem (*enregistrement*) intercedit, in damnum partis fit: tanquam ita d. Art. 1444. Cod. *Civ.* tolleretur Articulo 872 Cod. *de Meth. Proc.* Sed contrarium dicendum videtur; dicta enim Juris *Francici* loca fibi non repugnant, et feparatio bonorum, quae non intra duas hebdomades (*la quinzaine*) effecta est, aut nullas fequelas habuit, inde nulla evadit (22). Quod autem inde, quia Sententia feparationis bonorum publice indicata est (*l'affiche*), uxor non cenfeatur rem exfequi coepisfe; aliquando in Francia judicatum fuit (23). Quandoquidem vero haec reftrictio duarum hebdomadum in creditorum favorem addita est; nunquam per conjuges opponi potest. Unde, fi tardius feparatio effecta fit, ejus refcisfionem propterea provocare, nunquam conjugibus licet (24).

## §. 6.

Minime tamen ita uxor mariti potestatem elapfa es-

(22) Sententiae in utroque fenfu latae reperiuntur apud Sirey, l. l.; quâ negabatur, XIV, 2, 12: quâ nullam esfe aiunt, XVI, 2, 216. Addatur Delvinc., VI, 345.

(23) Conf. Sirey, l. l. XVI, 2, 91.

(24) Ita in Curia Colmariensi judicatum esfe, apparet e Sirey, l. l. XXI, 2, 266.

esse creditur, neque aliquis rem cum eâ rite contrahere potest, nisi prius separationis Judicium justos effectus habuerit. In Jure antiquo *Franciae*, initium exsequendi constabat sufficienter ex instrumento authentico, per apparitorem confecto; e quo apparebat, mobilia mariti, rogante uxore, quae separationem petiverat, publicae venditioni fuisse submissa. Similiter mos tunc erat, ut uxor, quam *separatam* nunc dicere liceat, ubi reditus suos recipere, aut quidquam aliud, quod administrationis proprium est, agere voluit, debitoribus suis aut tertio cuidam, quocum contrahere cupiebat, non tantum excerptum Judicii separationis, sed etiam instrumenti authentici, quod venditionem rerum mobilium mariti indicabat, exhiberet. Hodie autem uxor tertium illum insuper edocere debet, Judicium de separatione latum se rite exsequi coepisse; secundum eam rationem, quam supra indicavimus (25).

Priusquam tamen Judicium separationis ulla exsequendi initia recipiat, publice significari debet per indicium in tabulâ, quae eo destinata est, in Auditorio Tribunalis primae instantiae, atque insuper Tribunalis Mercaturae, si maritus est mercator, aut argentarius; eo loco, ubi domicilium habet: quod nisi justâ ratione locum habuerit, quid-

(25) Norma hujus rei explicatur in Art. 1444. Cod. *Civ.*

quidquid effectum est, nullius momenti habetur (26).

§. 7.

Ob uxoris debita *perfonalia*, quae dicuntur, ejus creditores, nifi ipfa confentiat, nequeunt bonorum feparationem petere. In cafu autem, fi maritus folvendo esfe defierit, aut in rebus plane fit turbatus, jura conjugis, quae debet, illi exercere posfunt, usque ad fummam concurrentem ejus, quod ipfis debetur; dummodo probent, inquifitione omnium bonorum mariti, tam mobilium, quam immobilium, factâ, quod non amplius fit folvendo (27).

E contrario, mariti creditores feparationem bonorum pronunciatam atque adeo in damnum jurium fuorum effectam, impugnare posfunt: quod etiam illis conceditur, durante temporis fpatio, quod inter feparationem petitam ejusque inquifitionem elabitur (28). Tenendum autem est, fi res immobilis utrique conjugi, dum in communione esfent, fuerit vendita, per venditorem non nifi dimidiae partis, quae acquifita est ab uxore, posfe exigi pretium; fi uxor, communione disfolutâ, ei renuntiaverit (29).

Est

(26) Vid. Art. 1445. ibid.
(27) Art. 1446. et PAILLET l. l. pag. 607. n°. 3.
(28) Art. 1447, et Art. 871. COD. *de Meth. Proc.*
(29) PAILLET l. l. pag. 607. n°. 3.

Est autem haec Juris *Francici* doctrina, ut creditores fuo nomine, ne damnum patiantur, cavere posfint; fi qui actus, a debitoribus in fraudem jurium fuorum facti fint (30). Leges quidem *Romanae* distinguunt inter actus, titulo onerofo et inter actus titulo gratuito initos. Quod autem ad actus titulo onerofo pertinet, nullum habent actionem in eos: si fcilicet fraus ab utrâque parte adfit: in actu autem tituli gratuiti fufficit, quando fraus adest a parte folius debitoris (31).

Quodfi justa forma fit obfervata, creditores mariti non amplius impedire posfunt, postquam annus a tempore, quo Judicium feparationis in Auditoriis Tribunalium primae Inftantiae ac Mercaturae est expofitum, praeterierit, quominus hoc Judicium exfequatur uxor (32). Hinc contra fequitur, fi ea, quae obfervanda erant, non rite obfervarentur, creditores mariti, omni temporis puncto fefe opponere posfe; ne Judicium feparationis quemdam effectum fortiatur.

## §. 8.

Vidimus, quâ ratione Judicium feparationis obti-

(30) Art. 1167. Cod. *Civ.*

(31) Conf. L. 6. §. 11. D. et L. *penult.* C. *Quae in fraud. Credit.* Add. Paillet l. l. p. 479. n. 1.

(32) Art. 873. d. Cod. *de Meth. Proced.*

tineri possit, et quaenam, uti eo tendentia, obſervari debeant; reſtat hoc loco dicere, uxori, quando ad illud exſequendum accedit, omnem fraudem evitandam esſe: dum nunc *primum* repetat, ne ipſa haec communionis dividendae ſummae annumerentur, quidquid e communione ipsi debeatur; veluti bona ſua propria ac pretia rerum immobilium, quae propriae ipſi fuerunt, ſed ſtante matrimonio alienabantur, et in quorum locum aliae non intraverunt. Sunt tamen uxoris jura hac in re aliquanto meliora, quam mariti. Nam uxor priore loco, quod ipſi competat, e bonis communionis percipit: quae ſi non ſufficiant, perſequi potest propria mariti bona (33). Sed maritus, quod illi debeatur, demum post uxorem conſequi potest, atque unice e bonis communibus (34). Incipiunt ergo res mobiles mariti jam in commodum uxoris publice vendi, aut etiam ipſa uxori asſignantur. Unde earum ita acquirit dominium, ut ne mariti quidem creditores contra illam agere posſint.

Postquam igitur praecipiebantur, quae praecipienda erant, et conferebantur, quae collata esſe debent, bona communia, quae reliqua ſunt, in duas aequales dividuntur partes; quarum alte-

(33) Art. 1471, 1472, 1436. Cod. *Civ.*
(34) Dictus Art. 1472.

teram acquirit uxor, alteram maritus; eorumve heredes (35). Similiter tamen debita communionis pro dimidiâ parte ab utroque conjuge ferri debent (36): salvâ tamen facultate uxori, ejusve heredibus cavendi, ne de debitis communionis ulterius teneantur, quam valet emolumentum, quod e communione est perceptum, tum ratione mariti, tum ceterorum creditorum: dummodo hoc in casu rite inventarium sit confectum ac rationes reddantur rerum, de quibus in inventario mentio facta fuerit, aut quidquid occasione divisionis perceptum est.

§. 9.

Licet etiam nunc uxori revocare omnes actus fraudulosos, qui a marito in damnum communionis initi fuerint (37). Quare, verbi gratiâ, locatio conductio rei immobilis, quae durante tempore, quo uxor bonorum separationem petebat, inibatur, additâ stipulatione, ut merces conductionis ante constitutum tempus solveretur, rescindi potest: quippe qui conventus, etiam ratione conductoris, fraude non caret (38). E constitutione

(35) Art. 1473 et 1474.
(36) Art. 1482.
(37) Conf. PAILLET l. l. pag. 607. n°. 2.
(38) Vid. ibidem n°. 3.

ne enim Juris, quidquid ad effectus pronunciatae feparationis pertinet, hi non cenferi debent a die, quo ferebatur Sententia, quâ feparantur conjuges; fed a tempore, quo ipfa petitio feparationis per uxorem inftituta est (39).

(39) Art. 1445 Addatur SIREY, l. l. X, 2, 562.

SEC-

## SECTIO TERTIA.

### DE FACTAE SEPARATIONIS EFFECTIBUS.

§. 1.

Separatione Bonorum facta, nequit maritus exigere, ut amplius etiam communis exftet pecuniae fumma: unde victum comparare potest (40). Etenim uxor, post bonorum feparationem necesfe habet, pro ratione facultatum fuarum, atque illarum mariti, conferre ad vitae fuftentationem, ipfamque educationem liberorum communium. Si marito autem nihil fuperest, univerfas has impenfas ferre debet (41). Quae doctrina omnino convenit tum cum officiis, quae conjuges nuptias ineundo in fe fuscipiunt; tum cum eo, quod in cafu obtinet, ubi omnia bona conjugis funt paraphernalia: ita enim etiam necesfe habet, certam portionem ad onera matrimonii perferenda conferre (42).

§. 2.

(40) Conf. SIREY, l. l. VIII, 2, 9.
(41) Art. 1448 COD. *Civ.* Add. DELVINCOURT VI, 350.
(42) Art. 203 et 1575 COD. *Civ.*

§. 2.

Ubi primum igitur Separatio bonorum rite locum habuerit, ſequitur inde, ut communio, quatenus inter conjuges antea locum habebat, diſſolvatur, et uxor ita facultatem acquirat, res ſuas adminiſtrandi. Quando propterea inter conjuges vera bonorum communio locum habebat, ſinguli acquirunt dimidiam eorum partem: alioquin eam ipſam partem, quae in communionem est collata, aut quod uxor in contractu nuptiali ſtipulabatur. Recipit autem uxor hoc in caſu res ſuas dotales; nullâ cautione praeſtitâ (43).

Quod ad bona uxoris mobilia pertinet, de iis jam pro lubitu diſponere potest; veluti ea alienando, vel oppignorando: locare tamen nequit absque mariti auctoritate, ultra novem annos (44). Videntur autem verba *aliener* et *obliger* Jure *Francico* non idem ſignificare: neque ubi facultas *alienandi* illam *obligandi* tollit. Quia igitur ex *Art.* 1449 uxor, quae bonorum ſeparationem fecit, res ſuas mobiles *alienare* potest, etiam, ubi haec alienatio bonorum adminiſtrationem non ſpectat; non dicendum est, illam quoque ſubſignare poſ-

(43) Vid. PAILLET l. l. p. 608. n°. 4.

(44) Art. 1449. Addatur DELVINCOURT VI, 348; PAILLET l. l. pag. 608, n°. 3.

posse instrumentum, in quo sese obligavit, suasque res mobiles alicui obstrictas reddidit (45).

Maritus, quandoquidem per Separationem bonorum, administratione rerum uxoris suae carere incipit; neque amplius de omnibus iis officiis, quae ex ejus administrandi munere existunt, tenetur. Inde post factam bonorum separationem accusari nequit ob male adhibitas res mobiles, quae uxoris sunt, nisi quatenus summam ex iis redactam ipse acceperit; aut creditur inde lucrum percipere potuisse. At nec tenetur de utilitate, quae ex usu per ipsum facto est percepta; nisi fraus adsit, aut pecuniam e rebus mobilibus redactam solus expenderit; uxore haud consentiente: quoties nempe culpa lata a parte mariti intercedebat; quae culpa lata doli loco habetur.

Atque hoc insigne est discrimen inter Separationem Bonorum, quam conjuges in contractu nuptiali stipulabantur, et separationem Judicialem. Uxor enim, quae bonorum separationem in contractu nuptiali fecit, de rebus suis mobilibus libere disponere non potest: nisi haec facultas ei expresse data sit (46). Contra uxor, quae a Judice bonorum separationem obtinuit, liberam rerum harum habet dispositionem (47).

Ob

(45) Ita judicatum quoque esse in Curiâ PARISIENSI docet SIREY, l. l. XX, 2, 315.

(46) Hoc sensu explicandus videtur Art. 217. COD. *Civ.*

(47) Art. 1449.

Ob eandem, quae dicta est, rationem maritus non tenetur, de male adhibito pretio rerum immobilium, quas uxor *separata* alienavit; nequit enim prorsus uxor res suas immobiles, absque mariti consensu alienare: quoniam Lex voluit, quod maritus necesse habeat curare, ut pecunia e venditione rerum immobilium redacta, bene collocetur. Exceptio tamen est, si praesens fuerit maritus, ubi contractus fieret, aut si pretium earum ipse acceperit et in usum suum converterit (48). Si autem res illae venderentur, praesente ac consentiente marito, tenetur quidem de pretio earum recte locando et restituendo; minime tamen de utilitate hujus usus.

Quod autem solus consensus mariti, aut nuda ejus praesentia, ubi res immobiles uxoris vendebantur, facit, ut inde teneatur, non querendum est marito. Si enim non recte adhibetur pecunia, sese accusare debet, quod consenserit, aut venditioni interfuerit, quam prohibere potuerat. Hinc igitur sequitur, si quis, verbi gratiâ, pretium rei immobilis emtae solvat uxori, non consentiente aut interveniente marito, eum male agere; dum sese periculo objiciat, ne contra ipsum actionem maritus tentet: quippe qui illi imputare possit, quod ab emtore occasione fuerit destitutus prospiciendi, ne

(48) Art. 1450.

ne e pecuniâ male adhibitâ ipse damnum sentiat. In casu autem, quo maritus aut noluit, aut non poterat consensum suum edere, alienatio haec rerum immobilium, etiam auctoritate Judicis, locum habet; ita tamen, ut maritus nunc de pretio inde redacto minime teneatur (49).

Quodsi autem uxor absque mariti consensu obligationem quamdam inierit, in quo maritus consensum suum e Lege edere debebat, est ideo hic contractus nullius momenti; etiamsi nondum appareat, contractu, qui inibatur, superari pretium rerum mobilium aut reditus ejus, quae sese obligavit (50).

§. 3.

Nondum dicebatur, quidnam obtineat, si separata sit bonorum communio inter conjuges, et liberi ex hoc matrimonio vivant? Hoc casu dicta separatio efficit, ut conjuges liberis suis omnes facere possint donationes, nec non alienare bona acquisita et lucrum perceptum. Nunquam tamen conjugibus aliquid agere licet, in damnum liberorum suorum, quod ad res, quae eorum propriae sunt, pertinet; sine discrimine, quonam tempore illae

(49) Conf. *Art.* 1450. et PAILLET, l. l. p. 608, N°. 6, seqq.

(50) Conf. SIREY, l. l. X, 2, 313.

illae acquirerentur; five hoc fuerit, ante feparationem factam, aut illâ jam impetratâ.

Quum autem uxor, quae cum marito bonorum communionem contraxit, Jure *Francico* bona fua donare, alienare vel oppignorare nequeat; item fine mariti confenfu aliquid five titulo gratuito, five onerofo non acquirere posfit (51); hoc, ubi primum bonorum feparatio est impetrata atque effecta, partim cesfat: non amplius enim indiget tunc hac mariti auctoritate, ubi in judicio inftituere velit actionem, quae tendit ad petendam rem mobilem. Quod autem ad rem immobilem pertinet, jam antea dicebatur.

## §. 4.

Nec tamen necesfe est, ut, communione disfolutâ, uxor ejusve heredes femper eam accipiant: Lex enim iis, renunciandi quoque illi dedit facultatem. Quandoquidem enim maritus, ftante matrimonio, bona uxoris tanquam dominus adminiftrat; vera eorum conditio plerumque uxorem latet, neque haec prius apparet, quam feparatio facta est. Ne autem uxores temere hac facultate renunciandi deftituantur, omnis conventio, quae huic Legis conftitutioni repugnet, ipfo jure nulla est

(51) *Art.* 217. COD. *Civ.*

est (52). Quandoquidem autem conjuges, quidquid communione disfolutâ recipiant, fibi accipiunt, illud, quod post factam feparationem ab uxore acquirebatur, in cafu renunciationis, fibi vindicare potest.

Num tamen ita ad uxorem quoque pertineant ufurae et fructus rerum, dubitatur. Sunt, qui affirment, ea ab uxore non repeti posfe, nifi a die litis conteftatae, aut a die, quo e Sententiâ Judicis bonorum feparatio impetrabatur: quia maritus usque ad eum diem fumtus ferre debet, qui e victu uxori largiendo exiftunt. Alii tamen aliter hanc rem dijudicantes, negando refpondent.

Renunciatio haec communioni fi ab uxore fiebat, postquam quidem peteretur feparatio bonorum, ante tamen Sententiam latam, propterea renunciatio illa impugnari non potest, tanquam facta ante communionem disfolutam. Cenfetur enim communio disfolvi non tantum die Sententiae latae, fed jam eo ipfo tempore, quo petebatur (53).

§. 5.

Non autem indiftincte uxori conceditur, hoc repudiandae communionis beneficio uti. Si enim

1°.

(52) *Art. 1453.*

(53) Vid. SIREY, l. l. XIX, 2, 216.

1°. sese bonis communibus jam immiscuerit, iis non amplius renunciare potest. Praesumtio enim haec nititur voluntate communionis accipiendae. Quotiescunque igitur haec praesumtio cessat, cessat quoque uxor praesumi, quod sese immiscuerit. Immiscuisse se tamen non creditur, si quid egerit, quod ad rerum suarum administrationem pertinet; aut si, dum maritus absens esset, communionem continuaverit. Nam et tunc, communione posthac solutâ, ei renunciare potest (54). 2°. Repudiare non amplius licet uxori, si jam aetatem majorem nacta, in aliquo instrumento sese vocaverit conjugem, a quâ in communione bonorum contractum est matrimonium: etiamsi hoc faceret, antequam inventarium bonorum conficeretur. Nec potest uxor, contra hanc professionem factam, in integrum restitui; nisi eo heredum dolo deducta sit (55). Quando tamen uxor adhuc minor hunc titulum assumebat, videtur ei haec in integrum restitutio non esse deneganda; argumento Articuli 1454; adjuncto Articulo 779 Cod. *Civ.*

3°. Si e rebus communionis nonnullas celaverit uxor vel interverterit, amplius communioni renunciare, non ei permittitur; nam etsi illi renunciet tamen habetur eam accepisse: quod idem quo-

(54) *Art.* *1454.* COD. *Civ.*
(55) *Art.* *1455.*

quoque ratione ejus heredum valet (56). Verum quidem est hoc loco (nimirum in Art. 1460), tantum mentionem fieri de viduâ: unde dubium forte videtur, an etiam idem juris fit, fi communio aliter, ac morte mariti disfolvatur. Est tamen, uti puto, affirmando respondendum: quia in quovis cafu eadem adest ratio. Nam quod Lex viduam tantummodo commemorat, fit hoc, quia plerumque morte alterutrius conjugis communio finitur. Ceterum distinguuntur etiam in d. Art. 1460 verba *divertir* et *recéler:* nam prius notat rem furripere, ne in notitiam eorum veniat, quorum interest: posterius vero est aliquid fraudulose omittere, quando conficitur inventarium; ut postea ejus fiat, qui illam occultavit.

Ratione autem mariti, quia folus auctor est communionis debitorum, Lex ei non concedit facultatem renunciandi; ne ita ipfi adfit occafio fefe eripiendi obligationibus, quae e proprio ejus facto exftiterunt: quia hoc aequitatis regulae repugnat. Neque etiam mariti heredibus haec potestas datur; nifi unâ renuncient fuccesfioni: quoniam contractus communionis a fuccesfione feparari nequeunt. Ceterum est haec facultas, quae uxori ejusque heredibus concedit, ut communio accipiatur vel repudietur, aliquatenus Juris publi-

(56) *Art.* 1460.

blici: quare nunquam in contractu nuptiali convenire licet, ut ea facultas non ufurpetur (57).

## §. 6.

Cenfetur autem uxor ejusque heredes expresfe accepisfe communionem, fi hac de re fententiam fuam declarent, aut fi uxor in quodam inftrumento communionis acceptae mentionem faciat.

Neque ab hac declaratione in integrum restitui potest uxor major. Quod ad minorem attinet, contrarium ftatuendum videtur. Quia univerfe minores restituuntur ab omnibus actibus, per quos damnum pati posfunt: quare igitur etiam non ab hac declaratione?

Tacite contra exiftimatur communio accepta, fi quid fieret, unde necesfario voluntas communionis accipiendae praefumi licet. Debet autem voluntas haec colligi ex ejusmodi rebus, quae aliter explicari non posfunt. Quotiescunque enim alicui rei, quae ab uxore gesta est, alia mens attribui posfit; inde communionem tacite acceptam esfe, ftatuere non licet. Si igitur uxor disponit de re quâdam communionis, aut ejus folvit debitum, obfervari debet, num aliam quamdam haberet qualitatem, aut aliud quoddam jus, praeter

(57) *Art. 1453.*

ter illud uxoris, quae in bonorum communione est. Ubi hujusmodi qualitas adest, veluti fi, praeter titulum communionis, etiam liberorum fuorum gerat tutelam, manifestum est, eam ita agendo communionem non accipere voluisfe: quoniam aliâ quâdam caufâ duci videtur, ubi periculo liberorum ejus tutelae commisforum, folvat; quam ut communionis retinendae voluntatem fignificet. Sed fi nullam aliam habeat qualitatem, praeter illam communionis, quoniam nequaquam nunc quaedam alia eam incitasfe videtur ratio, nifi ut communionis jura tueatur; per ejusmodi factum cenfetur tacite communionem accepisfe: quia *non credibile est*, aliquem absque ullo jure de re alienâ disponere voluisfe, aut alterius folvere debitum, quod fua nihil intererat.

Quando autem est communionis debitum, quod uxor folvit, quo ipfa in folidum tenebatur, aut cujus cautionem praeftiterat, nihil cenfetur egisfe, quo communio accepta videtur. Nam quia aut ipfa fidejusferat, aut etiam in folidum debebat, erat haec caufa justa, quâ ad folvendum impellebatur.

§. 7.

Uxor, fua communionis jura etiam mariti heredibus cedens, facit, ut communionem accepisfe credatur. Idem locum habet, fi aut gratuito, aut non

non-gratuito renunciet in favorem tantum unius heredum: fed renunciatio gratuita, in omnium favorem facta, non est fignum acceptae communionis, ac, quod ad creditores communionis attinet, nullam uxori imponit necesfitatem, ut justam in debitis communionis folvat partem. Quod fi pro renunciatione hac pretium quoddam acciperetur, licet in omnium favorem fieret, habetur vera cesfio et proinde accepta creditur communio. Jure enim Hodierno plane aliud quid valet, ac Jure Romano; ubi, *qui pretium omittendae hereditatis causâ capiebat, non videbatur heres esfe* (58). Nam haec conftitutio abrogata est fenfu plane contrario Articuli 780 Cod. *Civ.*

## §. 8.

Est autem tempus quoque definitum, intra quod voluntas de communione omittendâ fignificari debet, et, quo elapfo, illud amplius facere non permittitur. Quod tamen ad feparationem bonorum, de quâ nos agimus, pertinet, (etiamfi pro ceteris modis diverfis, quibus communio finitur, hoc temporis fpatium varie ftatutum est, fed quâ de re nunc non agendum videtur); quotiescunque vi Sententiae Judicis, bonorum feparatio facta est, cen-

(58) Conf. L. 24. D. *de Acquir. Hered.*

censetur uxor opinionem communionis finiendae dimisisse, nisi intra duas hebdomades a marito petierit, quod sibi debetur (59).

## §. 9.

Quodsi expresse communioni renunciet uxor, fieri illud debebit in Grapheo Tribunalis primae Instantiae eo loco, ubi separatio petebatur, et domicilium mariti sese habet: unde res ad eum pervenit statum, ac si esset repudiatio hereditatis rite delatae (60). Unde etiam illa facienda est intra quadraginta dies, postquam inventarium conficeretur. Ceterum permittitur creditoribus, si haec repudiatio in eorum fraudem fieret, illam impugnare, suoque nomine communionem accipere: quare, quia hi tantum ad summam, quae ipsis debetur, agere possunt, si quid praeterea supersit, hoc ad maritum pertinet (61).

## §. 10.

Renunciando communioni, uxor amittit omne jus

(59) *Art. 1444* COD. *Civ.* Conferantur, quae supra hac de re jam diximus §. 5. *Sectionis* II, pag. 37.

(60) *Art. 1457.* COD. *Civ.; Art. 874.* COD. *de Meth. Proced. in Caus. Civ.* Addatur DELVINCOURT, VI, 359.

(61) *Art. 1167, 1446* et *1464.* COD. *Civ.*

jus, quod in bona communionis habebat, adeo etiam in res mobiles, quas in communionem attulit: acquirit enim maritus ejusve heredes illa bona: dum uxori tantum recipere liceat lintea ac vestimenta, quibus usa est: quamquam idem hoc heredibus non conceditur (62).

Quod tamen ad bona, quae communionis partem non effecerunt, attinet; quaecunque uxori propria manserunt, veluti bona immobilia, si nonnulla tempore nuptiarum contractarum possideret, aut si, stante matrimonio, ea titulo *lucrativo* acquisiverit, illa uxor recuperat; nec non quidquid per communionem debetur, indemnitatis praestandae nomine (63): habet autem propterea uxor Hypothecam tacitam in bonis immobilibus mariti, inde a die contracti matrimonii (64).

## §. 11.

E contrario, si uxor communioni renuntiaverit, liberatur quoque propterea omni aere alieno, quo gravatur communio; quatenus sese etiam pro illo obligaverit. Si tamen ab iis creditoribus, quibus sese aut in solidum, aut pro parte obligaverit, con-

(62) *Art. 1495.*
(63) *Art. 1492* et *1493.*
(64) *Art. 2135.*

conveniatur, illud, quod folvere coacta est, a marito ejusque heredibus, repetere potest (65). In folidum autem convenitur, 1°. quoties fe obligaverit, marito confentiente; aut fi fefe obligaverit in folidum unà cum marito (66). 2°. fi debitum ab ipfà quidem uxore profectum est, fed per nuptias commune fiebat: quale est debitum ante nuptias a conjuge contractum, aut quod e fucceffione, illi ftante matrimonio delatâ, oritur (67).

Ubi tamen fponte ultra partem, de quâ tenebatur, folvit uxor, illud, quod plus folutum est, repeti nequit; nifi apocha data contineat, quidquid folvebatur, datum esfe ab uxore in folutionem partis *dimidiae* (68): quandoquidem ita conftat, errasfe conjugem; qui error illi nocere non debet.

## §. 12.

Etiamfi bonorum feparatio ita locum habuit, posfunt tamen conjuges porro cohabitare, ita ut ambo tunc, pro facultatum fuarum modo, fumtus necesfarios ad victum quotidianum et liberorum educationem conferre pergant: quare his

(65) *Art. 1494.*
(66) *Art. 1419, 1431, 1487* et *1494.*
(67) *Art. 1486* et *1494.*
(68) *Art.* 1488.

his ita cohabitantibus, interdum contingit, ut, postquam communio bonorum Judiciali ſeparatione ſolveretur, conjuges de hac ſeparatione tollendâ deinceps conſentiant; quod Lex iis permittit, veterem communionem reſtitui concedens (69); dummodo de hoc conjugum conſenſu conſtet per inſtrumentum authenticum, coram Tabellionibus confectum: apud quos originale ſervatur. Debet nunc exemplar ejus primum (*le minute*) iisdem locis affigi, quibus antea ſeparatio bonorum affigenda erat; uti vidimus ſecundum Articulum 1445, Cod. *Civ.*

Neceſſitas autem, ut inſtrumentum publicum conficiatur, actus originalis retineatur, et publicum hujus rei fiat indicium, in eo quaerenda est, ut illi, quibus neceſſe est agere cum alterutro conjugum, falli nequeant de conditione aut facultate eorum; et ſi contra eos actionem intendere velint, ſciant, quâ ratione ſit procedendum. Nunquam autem haec communionis reſtitutio praeſumi potest. Quare, ſi uxor unâ cum marito quemdam inierit contractum, nullâ declaratione ſeparationis, quae bonorum ratione antea locum habebat, factâ; communio nequit cenſeri reſtituta eſſe. Sine conſenſu tamen tam mariti, quam conjugis ſimul, nunquam hanc reſtitutionem communionis fieri poſſe, manifeste apparet ex Articulo 1451: in

(69) *Art.* 1451.

in quo ambarum partium confenfus requiritur (70).

Tenendum autem porro est, quemadmodum univerfe conjuges nihil mutare posfunt in contractibus nuptialibus, postquam nuptiae femel contraherentur (71); fic etiam, ubi communio haec reftituitur, eam nihil differre posfe a conditionibus, quibus antea inibatur. Quodfi alia ulla fieret conventio, est haec nullius momenti (72). Cenfetur enim communio reftituta valuisfe a tempore contracti matrimonii, acfi nunquam bonorum feparatio locum habuisfet. Quare nunc veniunt in communionem reftitutam omnia bona omniaque debita, quae pertinuisfent ad communionem, fi nunquam disfoluta esfet: ita tamen, ut quidquid conjux interim, durante feparatione, egerit, valeat; quafi ex auctoritate fecisfet mariti: dummodo forma, in *Art.* 1449 praefcripta, obfervaretur.

Videtur tamen aequitas poftulare, ut, quando actu reftituitur communio, aut prius etiam, uxor marito indicet ea, quae contraxerit, durante feparatione; fi iis certus dies non infit. Quodfi uxor omittat, fufpicio adest fraudis, et dies, qui exprimebatur, habetur justo prior additus esfe.

§. 13.

(70) Conf. Sirey, l. l. V, 2, 673.
(71) *Art.* 1395 Cod. *Civ.*
(72) *Art.* 1451.

## §. 13.

Etiamsi autem separatio bonorum, semel facta, ita inter conjuges adesse pergit; tamen non licet uxori jura sua exercere, quae ei competerent, si marito supervixisset. Lex enim illi his juribus demum uti permittit, postquam maritus mortem aut naturalem, aut civilem passus est (73). Ratio hujus dispositionis haec esse videtur, quoniam etiam ex *Art.* 299 Cod. *Civ.* sequi, vulgo censent, separationem tori et mensae non illud efficere, ut conjux, qui eam obtinuit, donationem per se alteri conjugi factam, revocare possit: quâ in re separatio talis plane a divortio differt (74).

Exemplum est, si, verbi gratiâ, donatio ei fieret: exspectanda est enim nunc illi mors naturalis aut civilis mariti: quamvis ceteroquin in conventionibus denominatione *mortis*, vulgo mors *naturalis* tantum intelligitur (75).

(73) *Art.* 1452.

(74) Vid. Sirey, l. l. XV, 1, 115 et XXI, 2, 325. Delvincourt, VI, 364.

(75) *Art.* 1982 Cod. Civ.

PARS

## PARS TERTIA.

### DE SEPARATIONE BONORUM E JURE BELGICO.

Explicitum est, uti ſpero, ſatis, quidquid de *Bonorum Separatione* in Jure *Francico* ſtatuitur. Quandoquidem autem nunc tempus inſtat, quo Belgium Jure ſuo est uſurum, non finem faciendum esſe credidi, antequam etiam a me commemoratum esſet, quae in eâdem cauſâ ſecundum Jus nostrum deinceps obſervanda manebunt. Memorandus vero hîc jam venit, de *Legali Bonorum Communione*, Titulus 6, et de *Bonorum Separatione*, Titulus 7 in Libro Primo Codicis *Belgici*; quemadmodum die 26 Junii et die 2 Augusti anni cIↃIↃcccxxii per Legem Regiam ſanciti ſunt.

Non tamen nunc necesſe videtur, omnem hanc e Jure nostro doctrinam denuo explicare; ſatis erit, utriusque Juris partes, quae ad nostrum argumentum pertinent, inter ſe conferre; ut appareat, quantum alterum ab altero distet: prius tamen, quantum mihi innotuit, hiſtoriam hujus in Jure nostro partis commemorare conabor.

Ti-

Titulus 6 primum Concilio Ordinum Generalium nostri Regni, e Regis mandato traditus erat d. 4 Januarii 1822; ac die 18 ejusdem menſis Januarii ſequens Titulus 7. Quandoquidem jam permultae in utramque partem prolatae erant emendationes, nova deſignatio utriusque Legis locum habere coepit, eaque iterum eidem Concilio offerebatur; menſe Martis fere medio. Quid autem in Titulo 6 etiam tunc nonnullis hujus Collegii Sociis obſervandum videretur, cognosci potest e Diario Regni (*Staatscourant*) diei 29 Maji dicti anni; non magno tamen cum effectu: ubi enim in publico conventu dicto die de hoc Titulo ageretur, longe pluribus ſuffragiis, uti offerebatur, est conſtitutus: quod idem ratione Tituli 7, d. 6 menſis Julii ejusdem anni, locum obtinuit.

Occurrunt autem haec loca proxime in Jure nostro, postquam ageretur de Nuptiis contrahendis, Conjugumque juribus atque officiis: quo de ordine obſervatum est, argumentum Tituli 6 et 7 potius ad Contractus pertinere: quia Communio Bonorum e doctrinâ optimorum Scriptorum ac peritisſimorum Jurisconſultorum est conventio illorum, qui nullum contractum expresſe inierunt: quare hîc ſane contractus cujusdam materia exſtare videtur.

Quoniam vero in Jure Civili tantum de cauſis ſeparationis petendae, nec non de effectibus ejus impetratae agitur, norma, quae hac in re obſer-

ſervanda est, definiri debuit in CODICE *de Methodo Procedendi in Cauſis Civilibus.* Igitur habet Sectio 6 Tituli 6 in Libro III CODICIS, qualis anno praecedente de ratione litigandi est conſtitutus, inſcriptionem hanc: *de Separatione Bonorum:* explicat ceterum univerſe dictus Titulus 6: *Singularia quaedam Judicia.*

Concilium Ordinum Generalium de hoc Titulo 6, qui ei d. 18 Octobris 1827 oblatus erat, deliberavit d. 22 Februarii 1828; quando omnibus Sociis, qui aderant, uno excepto, placuit: dum ſequente d. 29 Martii, Sanctio Regis Auguſtisſimi fit ſecuta. Videri potest dictum Regni Diarium, d. 25 Februarii et 7 Junii anni praecedentis.

§. 1.

*De Legali Bonorum Communione ejusque effectibus.*

Statim jam differt *Art.* 1 Tituli 6 Juris *Belgici* ab *Art.* 1399, COD. *Franc.* ita; ut communio *Legalis* (non *Conventionalis*) bonorum nunc dicatur inter conjuges adeſſe, a die matrimonii contracti; niſi in pactis nuptialibus expreſſe aliter convenerint: minus tamen recte reſtrictio *Art.* 1399 COD. *Franc.*, nonnullis viſa est hic omitti; ſecundum quam ſtipulari non licet, ut alio tem-

 po-

pore haec communio initium capiat. Agitur deinceps in Sectione prima *de Communionis Commodis;* ubi ſtatim non exſtat illud, quod ad bona immobilia pertinet, decretum. Quum enim etiam nunc omnia bona immobilia, ſtante matrimonio acquiſita, ſint communionis; non ſtatuitur, omnem rem immobilem e communione cenſeri acquiſitam; niſi conſtet, unum conjugum habuisſe dominium vel posſesſionem legalem ejus ante nuptias; vel illam postea acceptam esſe ſuccesſionis aut donationis remedio: quae est doctrina *Art.* 1402 COD. *Franc.*

Altera etiam pars *Art.* 1404 non additur in Lege nostrâ, *Art.* 41. n°. 2; quemadmodum ſecundâ vice componebatur: ſcilicet, ſi res immobilis ab alterutro conjugum post initum quidem contractum, quo bonorum communionem ſtipulabantur, ſed ante nuptias celebratas acquiſita est; haec res e Jure *Francico* pertinet ad communionem; niſi acquireretur e conditione contractui nuptiali inſertâ: quo caſu facta conventio obſervari debet.

Articulus 1408 agit de parte rei immobilis, quam maritus vel uxor indiviſam tenebat: quod ad conjugem pertinet, nunc additum est, illam nunquam optionem habere rem communioni relinquendi; quoties, auctoritate mariti intercedente, eam redemerit.

§. 2.

## §. 2.

### *De Communionis Oneribus.*

Quod ad debita communionis pertinet, haec materies in Jure nostro non adeo magnas commutationes subiit: nam quod in Jure *Francico* quinque, in nostro autem sex eorum species occurrunt, fit, quia haec, quae sub numero 1°. Articuli 1409 junctim proponuntur, nunc in duo loca divisa sunt.

Debita mobilia uxoris ante nuptias contracta, Jure *Francico*, non pertinent ad communionem, nisi diem certum habeant, aut ex actu authentico oriantur; qui ambo nuptias praecedunt. Sed in Jure nostro haec definitio est retenta; at e quorumdam sententiâ, minus recte.

Quanto Jure autem nonnulli Articulum 17 nostrae Legis, qui plane convenit cum *Art.* 1420 COD. *Franc.*, impugnaverint, acsi ita res sese quidem bene habeat ratione conjugum, sed creditoribus salvum relinquendum esset illum aggredi, quocum contraxerint; nostrum non est statuere.

## §. 3.

### *De Communionis Administratione.*

Distinctio inter maritum atque uxorem, in casu,

ſu, quem *Art.* 1424 cod. *Franc.* memorat, retenta quoque est in *Art.* 20 nostrae Legis; etiamſi nonnulli Socii in Collegio Ordinum Generalium eam tolli voluerunt: quemadmodum alii melius crediderunt, ſola bona immobilia communionis a marito non poſſe alienari; quum *Art.* 1421 et 1422 cod. *Franc.*, in *Art.* 18 noſtri Juris referventur.

Doctrina *Art.* 1428 in *Art.* 23 retenta aliis videbatur debere ita ſuppleri, ut adderetur, in quibus caſibus admitti poſſit interventus conjugis; quando maritus de bonis propriis uxoris litem moveat.

In conſtitutione *Art.* 32, qui est *Art.* 1437 Cod. *Franc.*, omiſſa est illa cautio generalior; quoties alteruter conjugum quoddam commodum perſonale e bonis communionis perceperit; quare hic locus a nonnullis impugnabatur.

Praeter conſtitutionem de dote, a parentibus liberis communibus data, quae occurrit in *Art.* 34 Juris nostri et *Art.* 1438 Cod. *Franc.*, fruſtra videntur nonnulli voluiſſe, ut etiam aliquid ſtatueretur de iis, quae liberi a parentibus, ubi conditionem ſuam ſtatuunt, extra nuptias accipiunt. In priore autem hujus *Art.* 34 ſpecimine legebatur; *aan een kind, waarvan zijne tegenwoordige vrouw moeder is:* pro quibus nunc clarius legitur; *aan een kind, door hem bij*

*zij-*

*zijne tegenwoordige vrouw in huwelijk verwekt.*

§. 4.

*De Communione tollendâ.*

Modi communionis tollendae in utroque Jure iidem ſunt: nihil tamen jam dicitur de caſu; in quo, postquam communio diſſolvebatur, nullum inventarium fecerunt, nec quaenam ſit poena ejus, qui illud omiſit: qua de re agitur in *Art.* 1442 Cod. *Franc.*; quamvis idem a nonnullis erat petitum: qui etiam cupiverant, ut ſtatueretur, num inventarium efficere poſſit, ut continuetur communio. Expreſſe tamen jubet *Art.* 36, ut post obitum alterutrius conjugum, ſuperſtes intra tres menſes, ſi liberi minoris aetatis adſint, inventarium confici curet eorum, quae communionis ſunt: ſed poena, quae in alterâ parte dicti *Art.* 1442 ſanciebatur, etiam hîc reticetur.

§. 5.

*De accipiendâ vel omittendâ communione.*

Quod primo loco hîc obſervandum videtur, est, in *Art.* 40 omitti vocabulum illud *Francici* Juris *majeure;* quod occurrit in *Art.* 1455, ubi fer-

fermo est, de conjuge, quae in quadam actione dixit, fe in communione contraxisfe nuptias, atque ei deinde plane renunciare nequit: quod eo magis mirandum est, quia complures postulaverant, ut eadem diftinctio fervaretur. Ceterum obfervatum etiam est, conftitutionem dicti *Art.* 40 nimis esfe duram, ratione viduae, quae nondum XVII vel XVIII annos nata est, et nunc propter obitum mariti, in cujus tutelâ quafi hucusque erat, omni confilio atque adjumento caret. Quare illa videbatur non plus damni fibi afferre debuisfe, quam minor emancipatus; de quo agitur in *Art.* 481 usque ad *Art.* 484 Cod. *Franc.* Sed nullam Legis mutationem haec effecerunt.

Similiter, quod *Art.* 1457 Cod. *Franc.* jubet, renunciationem uxoris de communione infcribi apud Grapheum Tribunalis primae Inftantiae, nunc Tribunalis Dioëcefeos, in *Tabulis, quae renunciationibus fuccesfionis recipiendis deftinantur;* haec non tam accurate in *Art.* 42 exprimuntur: quamvis nonnulli eadem verba addenda esfe cenfuerunt. Uti alii tempus III menfium et XL dierum, in utroque Jure ad hanc renunciationem infcribendam deftinatum, CXXX diebus, aut IV vel V menfibus definiri, cupiebant.

§. 6.

## §. 6.

### *De Communione dividendâ.*

Quod ad divifionem commodorum attinet, hic nihil memorandum occurrit; quum doctrina Codicis *Francici*, quae inde ab *Art.* 1468 usque ad *Art.* 1480 occurrit, in nostro Jure confervetur: nifi quod *Art.* 1478, ubi de creditis perfonalibus, quae conjuges erga fe invicem habent, agitur, quaeque non nifi a die, quo in jus vocatio fit, ufuras ferunt, omisfus fit: etiamfi nonnulli eum addendum esfe putabant.

Idem dicendum est de oneribus communionis dividendis; quum Jus *Francicum* penitus fit retentum. Quod quomodo fefe habeat, fupra a nobis est explicitum.

## §. 7.

### *De Effectu communionis repudiatae.*

Et in his effectibus enumerandis breves esfe posfumus; nam eadem doctrina, quae inde ab *Art.* 1492. Cod. *Franc.*, usque ad fequentem *Art.* 1495 occurrit, agnoscitur in ultimâ parte Tituli 6, quem nunc breviter explicuimus; fcilicet ab *Art.* 74 usque ad Articulum 77.

§. 8.

## §. 8.

### *De Bonorum Separatione.*

Si ordo, quem in Secunda Parte fequebamur, etiam hic obfervatus erat, agendum fuisfet ftatim hac de materiâ post § 5: fed quandoquidem hoc argumentum fingularis tractat Lex, quae est Titulus 7 Libri Primi in Jure *Belgico*, uti jam dicebatur; ultimo loco eam conferre voluimus; fimul obfervato, quae norma in feparationis petitione e *Codice*, qui *de Methodo Procedendi in Caufis Civilibus* agit, fequenda erit.

In *Art.* 1 jam d. Tituli 7 expresfe ftatuitur, jus bonorum feparationem petendi unice deberi uxori; quippe quae fola, ftante matrimonio, illud invocare potest. Ceterum praeter duas caufas, quae ejus petendae in Jure *Francico* commemorantur, fi fint periculum dotis, et turbatae res mariti; tertia additur ratio, nimirum: *fi maritus manifestis moribus malis bona communionis profundens, conjugem certae ruinae objicit.* Hoc loco primum in Lege occurrebat vox *kennelijk flecht gedrag;* quae postea mutata est in *kennelijk wangedrag.*

Quamquam autem hic non adeo ipfe ordo Juris *Francici* est confervatus, uti in Titulo 6 factum esfe vidimus; non valde tamen utrumque Jus ite-

iterum differt: expresſe tamen nunc ſtatuitur in *Art.* 6 d. Tituli 7, uxorem, durante litis contestatione, cum conſenſu Judicis, varia remedia inſtituere posſe, quibus impeditur, quominus bona quaedam effundantur ac dilapidentur.

Tempus, intra quod ſecundum *Art.* 1444 Cod. *Franc.*, uxor ſeparationem impetratam exſequi tenetur, duarum hebdomadum ſcilicet; nunc in *Art.* 7 prolatum est ad integrum menſem.

Separatim in *Art.* 4 doctum erat, creditores *mariti* petitae ſeparationi repugnare posſe, quominus impetretur: at iterum *Art.* 8 ſtatuit, eosdem creditores, qui non liti intercesſerint, ſeparationem bonorum prohibere posſe, quae in manifestam jurium illorum imminutionem est concesſa, vel jam etiam effecta. Quum igitur duobus locis fere de eâdem materiâ agatur; nonnulli in Concilio Ordinum Generalium putaverunt, Articulum 8 esſe tollendum, et definiendum potius esſe in *Art.* 4 certum temporis ſpatium, intra quod mariti creditores ſeſe opponere posſunt. *Art.* autem 1446 Cod. *Francici*, fortasſe propter *Art.* 1 nostrae Legis, non occurrit.

Inter effectus factae ſeparationis memoratur in *Art.* 10, uxorem, quae ſeparationem bonorum fecit, liberam adminiſtrationem eorum recipere, et, non obſtante *Art.* 6 Tituli 5, a Judice impetrare posſe univerſam facultatem de rebus ſuis

mobilibus disponendi: quae doctrina in eo differt a Jure *Francico*; quia ibi Judicis auctoritas non requiritur (*Art.* 1449 Cod. *Franc.*). Explicat autem d. Titulus 5 jura atque officia conjugum: cujus *Art.* 6 universe statuit, uxorem, licet absque bonorum communione nuptias contraxerit, aut bonorum separationem fecerit, sine mariti praesentiâ ubi actus conficitur, ejusve consensu litteris expresso, nihil posse donare, alienare, obligare, acquirere, sive titulo gratuito, sive oneroso. Ceterum reticet Jus nostrum hoc loco, quidquid ad bona immobilia pertinet: quamquam Jus *Francicum* de iis expresse mentionem facit, parte ultimâ *Art.* 1449.

Quod separatio bonorum facta deinceps restitui possit, docet *Art.* 12 nostri Juris, secundum *Art.* 1451 Cod. *Franc.*; addens, illud fieri tantum posse per actum authenticum: illa autem mentio de actu originali, ejusque exemplari e Jure *Francico* omittitur.

Denique statuitur, restitutam bonorum separationem publice esse indicandam (*Art.* 1451 Cod. *Franc.*); sed singulatim praeterea cavetur, quamdiu publicum hoc indicium locum non habuerit, conjuges effectus restitutae communionis nulli tertio objicere posse.

§. 9.

## §. 9.

### *De Formâ, quâ in Bonorum Separatione petendâ procedere oporteat.*

Quod *Art.* 863 Cod. *Franc.*, *de Meth. Proc. in C. C.*, requirit, ut uxor feparationis bonorum petendae rite impetraverit auctoritatem, a Praefide Tribunalis primae Inftantiae; illud Jure nostro non amplius requiri videtur. Jubet enim fimpliciter *Art.* 33 Cod. *Belg.*, *de Meth. Proced. in C. C.*; ut uxor, quae feparationem bonorum petere vult, offerat libellum, quo rationes ejus continentur, Tribunali Dioëcefeos, eo loco, ubi maritus habitat. Mandatum margini ejus appofitum partes deinde jubebit, ut ftatuto die et horâ *ipfi* veniant ad Praefidem aut Judicem, ejus munere fungentem; ut hic, reconciliationis caufâ, talia ei objiciat, qualia necesfe judicabit. Quo fi uxor non veniat, cenfetur ejus petitio non facta: fi maritus abfit, uxor petitionem fuam coram Judicio perferet, ope citationis, more vulgari.

Quando ambae partes venerint, conciliari autem non potuerint, Praefes eos ad totum Judicium delegabit: cui rei diem horamque ipfe ftatuet; ita ut necesfe habeant ipfi aut per Procuratorem, licet non iterum citati vel admoniti, illuc venire.

Post

Post haec debet petita feparatio publicari, ope affixionum, quae in Auditorio atque in praecipuo introitu Tribunalis fiunt, et inferuntur uni Diariorum Provinciae; aut, (quod in primo hujus Legis fpecimine non legebatur), fi haec defint, in illis Provinciae vicinae. Has affixiones debet testari apparitor. Ceterum debent hae affixiones idem continere, quod in Jure *Francico* requiritur; exceptis nominibus et domicilio Procuratorum: nam ii in Jure nostro hac in re non memorantur; neque etiam illis officium imponitur, quod jubet *Art.* 866 n°. 3 d. Cod. *Franc.* Vid. *Art.* 36 d. Cod. *Belg.* Non amplius igitur fimiles affixiones requirentur apud Tribunal Mercaturae, aut in Concilio Procuratorum ac Tabellionum: quod et *Francicum* mandat Jus; uti antea vidimus.

Sententia de petitâ feparatione neque etiam nunc ferri potest, nifi menfe, postquam ea, quae obfervanda funt, rite peracta erunt.

Creditores mariti a Procuratore uxoris non amplius petere posfunt, ut fibi communicentur ea, quibus petitio probatur: est enim *Art.* 871 Cod. *Franc.* in Jure nostro omisfus.

Ut autem Judicium feparationis publice recitetur, cet. ex *Art.* 872, non expresfe memoratur: fufficit enim, fi ad publicam notitiam referatur, excerpto Sententiae; quod 1°. inferitur tabulae eo deftinatae,

in

in Auditorio Tribunalis, ubi domicilium mariti est; ut per annum illic permaneat: 2°. affigitur in locis solitis ejus pagi, in quo sedem maritus habet: 3°. ter repetitur in uno Diariorum Provinciae: semper intercedente unius mensis spatio. Secundum ac tertium requisitum in Cod. *Franc. Art.* 872 non exstare, cuique inspicienti facile apparebit. Ceterum debent huic excerpto eadem inesse ex utroque Jure; dies Sententiae, significatio Tribunalis, quod tulit, nomina, praenomina, opificium et domicilium conjugum.

Ultima pars *Art.* 872, *La Femme ne pourra* cet.; nunc est *Art.* 40 in nostro Codice: quemadmodum sequentes Articuli 873 et 874, plane cum *Art.* 41 et 42 Codicis *Belgici* conveniunt.

TANTUM.

---

THE-

# THESES.

I.

Qui sciens rem alienam vel alteri obligatam emit, re evictâ, ei ne pretium quidem solutum repetere licet.

II.

Dominus proprietatis fundo fructuario servitutem imponere non potest.

III.

Mandans restitutionem in integrum, propter damnum a mandatario perceptum, impetrare nequit.

IV.

IV.

Articulus 217 Cod. *Franc.* de rebus immobilibus uxorum est intelligendus: quare *Art.* 1449 nequaquam ei repugnat.

V.

Confiliarius matri, quae tutelam liberorum fuorum gerit, fecundum *Art.* 391 d. Cod. adjunctus, de confilio, quod dedit, non tenetur.

VI.

Quamquam in cafu abfentiae Praefcriptio contra abfentem nihil valet; admittenda tamen est in ejus defcendentibus.

VII.

Ufucapionem aequitati naturali haud esfe contrariam, ftatuimus.

VIII.

In omni Lege ferendâ atque interpretandâ obfervari quam maxime merentur, quae fcribit Cicero *de Inventione* I, 38: »Omnes leges, ju-
» di-

»dices ad commodum reipublicae referre oportet, »et eas ex utilitate communi, non ex ſcriptio- »ne, quae in literis est, interpretari. Eâ enim »virtute et ſapientiâ majores nostri fuerunt, ut »in legibus ſcribendis nihil ſibi aliud, niſi ſalu- »tem atque utilitatem reipublicae proponerent. »Nemo enim leges legum cauſſâ ſalvas esſe vult, »ſed reipublicae; quod ex legibus omnes rempu- »blicam optime putant administrari."

## IX.

Ut felicitas, quae e vitâ conſtante exiſtit, obtineatur, in primis tenendum est Horatii praeceptum (*Carm.* II, 10, 21);

»Rebus angustis animoſus atque
»Fortis adpare: ſapienter idem
»Contrahes vento nimium ſecundo
»Turgida vela."

THE NEW YORK PUBLIC LIBRARY
REFERENCE DEPARTMENT

This book is under no circumstances to be taken from the Building

form 410